



Herricus polanus à polans  
dorff thise' Silesius'  
tuo p̄p̄nati' bou xarabw t̄  
sikloov

I Hessu tuo lagabo reie  
Iuff dnb min god wng  
Gretting brenn  
Ond oand Jain - uort brenn  
Dig fare.

*Vicma austroe*

Primum quod est uniusmodi est intellectum  
quod dicitur de sensu

Duplex est cognitio: Prima Sensitiva, et secunda  
Intellectiva. Si sensitiva cum sensitiva con-  
fatur, tunc una sensitiva confusa quo nos  
prior non est notior quam altera  
distingue. Si intellectiva cum intellectiva  
confatur, tunc una intellectiva  
distingue non nobis notior, quam intellectiva  
confusa. Contra vero intellectiva distincta  
quam sensitiva distincta

Hec nonne duplex est cognitio intellectiva  
quidem una a sensibus in ipsa, et sensib. in  
mentem ut sic in inductione  
Altera contra a mentis sensibili et operari, et sensib.  
non sensib. vel in ipsis quae sunt sensib.  
proxima vel syllogismi

Tertius unus est duplex: Tunc operationes ex parte  
sensuum propriissimo: Alter ex propriis ex  
sensu est actiones intellectus in intellectum. Tertius q. est pars  
bonorum operis, ex ordine rerum sensitivarum

Ex his sunt momentia extensio. Generans et  
removens per se habens. Generans est momentum  
per se quia est forma. Removens in primis  
est per se forma, hoc n. haec autem, post est per  
se operis momentum. Tunc ergo operationes  
momentum per se sunt

triubus modis scripti in diversis usi-

Habes lib' 1 In Corlo cap' 10

Ex quo velut nos conformatum, distributionem  
vel contractum.

Habes lib' 2 In Corlo cap' 8

Signata figura non maxima utile est ad mem-  
bra non quicquam in loco sit. Ad motum autem  
quod ad res propinquas esse possunt omnes, maxima  
in utilitate est, in libetate. Signata, nihil minorem te-  
nere poterit nisi in linea figura.

Mille in uniusmodo tunc possunt in formamento. Natura  
materiali obponamus, et illarum sumus sic differentias  
quantitatum.

Habes lib' 2 In Corlo cap' 12

Certe agere aut muliere aut sapere difficulter est  
et talis diversitas mille figurae, nec a propositis  
possunt esse. Etiam maximum humanum  
indivisiblemente. Chius at Cura - 1. Miles ab  
separatur

particulis propriis complicantur. Talem po-  
tentiadatem malam primam. Sed forma  
immaterialis complicantur in certa forma

materialia suorum rationum formam non sunt  
magis substantiae sibi non recipiunt magis re-  
mises. Sed substantiae diuersam formam  
et modum alter dicentes magis possunt. Intem-  
pet iste proportiones formas, alter minus  
substantias, et non proportiones

Est in potentia, non est nisi ens secundum quod  
poterit egredi auctio ad distributum. Tunc singulus particula  
liberum voluntatis. Et ad singularem contentum voluntaria  
potest ut homogenea continuatur, re. In parte prima  
engatulatur. Huiusque ex figura re quae  
talis est superficies consonantibus inveniuntur  
Sic et hanc formularum est in tunc figura in

longiorum et regnum communem conuenientem pri-  
mum quadratum. Tunc de ceteris pro portionem nati-  
verum quadrilaterorum domini nationum aliis quadrilatero  
assimilantur, longilateros et plus latos et ceteri recti  
in formam

# E P I T O M E

PHILOSOPHIAE NATVRA-  
lis, ex Aristotelis summi Philosophi  
libris ita excerpta, ut eorum capita  
breuiter & dilucidè explicet, & ad  
eosdem cum fructu legendos  
præparare studiosos  
possit:

PER GEORGIVM LIEB-  
*lerum, professorem Physices in Scho-*  
*la Tubingensi.*



BASILEAE, PER IOAN-  
*nem Oporinum.*

*in Virgilij*  
Si coeli ovis immobiles starent ut post in dicum futurum  
exdimq. nulla habesetur generatio, nulla cornuq.  
sonaverit tantum res in suo esse, Motus vero celorum  
sunt causa generationis et corruptionis in his in  
tempore.

Baptista Mantuanus

Omnis quod excellens opus est sublimis futurum est  
difficilis ortus habet, incrementaque tarda  
Anima non est natura. Cuius natura tendit  
ad unam differentiam animalium  
Anima vero non solum ad unam unumque  
adppersus



562



Ob. 6. II. 3415

*ILLUSTRISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,  
Domino CHRISTOPHORo, Duci  
Vuirtenbergensi & Deccensi, Comiti  
Montis Belgardorum , &c.  
Domino suo clemen-  
tissimo ,*

**G E O R G I V S   L I E B L E R V S**  
S. P. D.

ON iniucunda fabula ex-  
tat in Platonis Protagora,  
Princeps illustrissime: ho-  
mines cum primum orti,  
atq; in hanc lucem essent  
editi, uarijsq; artibus ad uitam tuendā  
uietumq; quærendum necessarijs instru-  
cti, passim in syluis, sine certis sedib. ua-  
gatos esse. Cumque animaduerterent, se  
ita obnoxios esse uiolentiæ bestiarum,  
cœpisse urbibus extructis congregari, ut  
aduersus ferarum impetus tueri se atq;  
defendere possent. Sed quoniā artis ci-  
uilis essent imperiti, ipsos sibi inuicem

\* 2 iniū.

## E P I S T O L A

iniurias intulisse. ex quo effectum sit, ut  
in sylvas & solitudines denuò reliq;is ci-  
uitatibus dispergerentur, & à feris lania  
rentur. Iouem ergo , cum uideret breui  
interitum genus humanum, nisi suc-  
curreretur, eius misertum, misisse Merku-  
rium, qui pudorem & iusticiam omnib.  
hominibus largiretur, quibus ciuitates  
ornarentur, ac cœtus hominum mutua  
benevolentia iungerentur, deuincerent-  
turq;. Ac legem insuper sanxisse, ut quis-  
quis omnino uel iusticie uel pudoris es-  
set expers, is tanquā ciuitatis pestis ex-  
tremo afficeretur suppicio. Digna sanè  
ingenio tanti philosophi fabula: qua de-  
clarare uoluit, nullos cœtus hominum  
absq; pudore & reuerentia, hoc est fuga  
turpitudinis, & studio honestatis atque  
iusticiae conseruari posse. Iusticiam ue-  
rò idem quarto De repub.libro ut breui-  
ter, ita elegáter definit : esse τὰ αὐτὸς πράτ-  
ταν, νὰ μὴ πολυπράγμονει: hoc est , suū of-  
ficium facere, neq; alienis curiosè occu-  
pari. Quæ diuini philosophi uerbā pla-  
nè idem præcipere uidentur, quod di-  
uus Apostolus Theffalonenses, immò<sup>na</sup>  
omnes Christianos alibi iubet, ἵστηκται  
καὶ

## DEDICATORIA.

~~πρότερη μεταβολή~~ idem : quiescere, & agere res proprias. Nulla enim maior pestis rerum pub. esse potest, quam si quilibet pro se in suo officio cesseret, ac in aliena negocia sese importunè ingerat. Multa sanè in omni repub. uelut in ampla aliqua domo, sunt officia: quæ non uni, sed pluribus, pro cuiusq; ingenio, natura & industria, sunt distribuenda. Quod si ergo sibi commissum munus singuli diligenter obeant, de nulla alia re solliciti, omnia, ut in domo, ita in repub. rectè & fæliciter geruntur. Hæc ego mecum perpendens, clementissime Princeps, cum ante aliquot annos non mea uoluntate adductus, sed necessitate coactus, uitæ institutæ rationem mutauissem : & ab Ecclesiæ, cui admodū iuuenis eram prefectus, cura, ad scholam hāc me receperissem: postquā in C.T. ditione, ui armisq; peregrini militis prohibitæ, aliquandiu conticuissent conciones Ecclesiasticæ: in hanc solam curam mihi incumbendum esse putauai, ut iuuentutem à schola nostra mihi cōmissam fideliter pro mei officij parte erudirem. Cumq; existimarem hos scholasticos labores, quos mul-

## E P I S T O L A

ti propter humilitatem fugiunt & asper-  
nantur, Deo gratos, & iuuentuti esse uti  
les, & ad functiones Ecclesiasticas (ad  
quas me ab ineunte ætate mediocri cu-  
ra & diligētia præparauerā, & in quibus  
me conquieturū sperauerā) proximè ac-  
cedere: non putauit alia mihi, & maiora  
appetenda esse: sed omne studium, om-  
nemque conatū in hoc solūm collocan-  
dum, ut & uoluntati C.T. quæ hanc suā  
Academiam ab omnib. partibus optimè  
cupit instructā, & expectationi Scholæ  
nostræ de me optimè meritæ, ad quam  
uelut ex naufragio in portum me rese-  
perā, satisfacerem: & in eam solūm par-  
tem officij, quæ mihi erat commendata,  
respicerem, eamq; quantū possem exor-  
narem. Fieri enim uix posse credebam,  
quin si aliò spectarem, & altiora spera-  
rem, præsentia fastidirem, ac non pau-  
lo negligentius quam par esset cuna-  
rem. Quia ergo naturæ ratio, qua fa-  
teor me delectari mirificè, de Aristote-  
lis summi Philosophi libris, qui & mul-  
ti sunt, & obscuri ualde, erat explican-  
da publicè: & animaduertebam, obscu-  
ritate & prolixitate eorum multos ado-  
lescen-

## D E D I C A T O R I A.

Iescentes deterritos, prius hanc philosophiæ partem iucundissimam deferere, q̄ ea uel obiter cognoscere possent: ad id me consilium retuli, quod mihi quondam clarissimus uir D. HIERONYMVS GERHARDVS, C. T. nice cancellarius, tum præceptor meus optimus, dede- rat: ut obscuriores disputationes, præ- fertim quibus contra aliorum philosophorum dogmata pugnatur, refecarem: ac res ipsas breuiter, & quam fieri pos- set perspicuè proponerem, & tanquam in tabula nudè explicarem. Ita quod tum in paucis quibusdam tentaueram, tandem in omnibus ferè qui in Scho- lis exponi solent de hac parte Philosophiæ Aristotelis libris absolui, ut Epito- mas eorum breuissimas conficerem. Sed sunt fortassis, qui totum hoc stu- dium philosophádi, quod in res arduas & obscuras, easque (ut uidetur) non ual de necessarias collocamus, improbent: nosque à nostris contemplationibus in frequentiam cœtusq; hominum, ac ciui- lis uitæ usum & consuetudinē, resq; ge- rendas traducere conéntur. Quibus si re- spōderemus, nos qui ista tractamus, nō

## E P I S T O L A

esse eos, qui omnino uitæ deferamus societatem, quique in eam nihil studij aut operæ conferamus: sed erudire pueros ingenuos, & ad omnes partes honestatis & officij præparare: petere tamen ab illis, ut nostras oblectationes quas contemplatio naturæ suppeditat, nobis non inuidant, quum & ipsi suis uoluptibus per nos frui facile possint: nemo opinor iniquum nos postulare diceret. Sed non usq; adeò sterile & infrugiferū est hoc studium, ut uel emendata uenia sustinendum, uel delectationis tantum causa expetendum esse uideri debat. Quanquam existimo non exiguū uitæ præsidium comparatum esse illi, qui uoluptates ueras, firmas & honestas ipse ex se gignere contemplandis rebus magnis & eximijs didicerit: ut non foris in amoribus, in compotationibus, in lusionibus, in pecunijs, alijsque nugacissimis nugis fugaces & fallaces persequatur. Hoc enim uerissimum esse fatentur omnes, uitam humanam uoluptatibus carere non posse. Quæ enim hæc uita esset, quæ omni obiectamento omnique læticia destituta, in perpetua degeneretur

## DEDICATORIA.

geretur tristitia & anxietate? Quo fit, cū ad uoluptates feramur omnes, honestas autem & sinceras pauci intelligent, ut inconcessas & turpes pleriq; persequentes, in flagitijs & sceleribus uitam omnem miserimè transigant, & tamen interea nunquam in solidis sint gaudijs. Hoc enim habent illæ omnes quæ in rebus externis quæruntur delectationes, ut multo inaniores & audiiores nos relinquent, quām acceperint: irritare enim atq; laceſſere possunt, explere autem animum nequaquam possunt. ut nihil interim dicam de morbi & aculeo conscientiæ, quem plerunq; infigunt. Xerxem Persarum regem præmium proposuisse ferunt ijs, qui nouum aliquad excogitassent uoluptatis genus. O! miserum illum & infœlicem regem, qui in tantis opibus & omnium rerum copia & abundantia, non reperiebat quibus se oblectare posset: sed per totum suum regnum, quod erat amplissimum, per totam Asiam omnium deliciarum feracissimam, fugientes persequebatur uoluptates. Quātum igitur debemus studijs nostris, quæ nobis id quod tanto regi, quidquid in toto

## EPISTOLA

terraru orbe iucundum & amœnum uel  
ad fruendum, uel ad spectadum erat, da-  
re non poterat, largissimè præbent, ut  
nunquam molestia aut tædium obrepe-  
re nobis possit, sed ut suauissimè semper  
honestissimis fruentes uoluptatibus ui-  
uamus? Quod enim iucundius specta-  
culum esse potest, quam totius naturæ  
consideratio? quam perspicere cœlum,  
terras, maria, rerumque omnium natu-  
ram: eaque unde generata, quò recur-  
rant, quando, quomodo obitura, quid  
in ijs mortale & caducum, quid diuinū  
æternumq; sit uidere, ipsumq; moderan-  
tem & regentem Deum penè prehende-  
re? An in hac magnificentia rerum, in  
hoc conspectu & cognitione naturæ,  
quidquam ad uitam suauiter degendam  
requiremus? Verùm, ut dixi, non delecta-  
tionis tantum causa hoc studium colen-  
dum est. Nam illis qui in eo diligenter  
elaborarunt, utilitates adfert maximas,  
non solùm cognitione rerum pulcher-  
rimarum animos instruens, sed etiam ad  
uirtutes morum, quibus benè beateq; ui-  
uitur, excitans, easq; perficiens & absolu-  
iens: quod à grauiissimis autheribus, &

Cice-

## DEDICATORIA.

Cicerone quoq; est traditum Iusticia omnes ciuitates, omnesq; respub. continet, in eaq; iurutis splendor est uniuersus; qua societas hominum minus carere potest, quam mundus sole. Ad eam uero collendam cognitio naturae plurimum nos hortari potest, in qua mirabilis est distributio omnium partium ueluti muneru in rep. ut omnia pulcherrime inter se cohaereant, dum inferiora à superioru motibus reguntur, ac uim inde accipiunt illam, ut & ipsa mouere moueriq; possint. Et quanquam, sicut in magna aliqua urbe, uaria sunt, atq; diuersa, interdu etiam contraria singuloru studia: ita etiam in natura multiplices, eaq; planè sunt contrarie corporum uires & actiones: tamen in unam quandam summâ legem, quæ est conseruatio totius naturæ, tanquam amplissimæ ciuitatis, omnia mirabili modo cōspirat, ac uni monarchæ, summo architecto & creatori parent: ut in illo dissidio naturæ, & contrarijs quasi studijs, nullu tamē bellu, nulla exoriatur seditio, sed in summa discordia ναι απόνθω πολέμω maxima cōstituatur & conseruetur cōcordia, pax & tranquillitas. Omnia enim certissima & im-

## E P I S T O L A

& immota naturæ lege fiunt, nihil temere, sed modo & ratione mirabili posteriora priorib. cōueniunt, omniaq; sibi mutuò inferuiūt, atq; ex se inuicē ne&tūtur, ut nihil nec aptius nec descriptius exco-gitari possit. Hunc mirabilem naturæ ordinem, hanc constantiam, & perpetuam naturæ iusticiam, qui animo suo cōtemplatus fuerit, an non eandem etiam in mores uitamq; suam traducere, ac natu-ram quantum fieri poterit imitari collabitur? ut uidelicet ipse officiū suum diligenter faciat, imbecillioribus nullam iniuriam inferat, cum æqualibus pari iure uiuat, superioribus pareat, omniaq; sua studia & omnes conatus ad conserua-tionem reipub. & ciuilis societatis con-ferat? Voluptatem uero corporis, qua nulla est pestis grauior, aut uirtuti & omni honestati magis aduersa, cuius laqueos pauci, quos æquus amauit Juppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus, effu-gere potuere: facilimè contemnet, pe-ctus naturalium rerum cognitione in-structum. Cūm enim, ut suprà dixi, ueris & homine dignis uoluptatibus abun-det, hasce belluis potius quam homini  
con-

## DEDICATORIA.

cōuenientes, facile sicut labē aliquā de-  
decoris, opprimet & ejciet. Intelliget  
enim illas, utcunque boni specie nobis  
blandiantur, bonum tamen simplex &  
sincerum non esse: sed cum malo, suoq;  
contrario semper coniunctum , & ( ut  
Plato inquit) indissolubili nexu à uerti-  
ce cum dolore semper copulatum : ita  
ut qui illis frui cupiat, necessariò quoq;  
dolores quos semper secum trahunt, per  
ferre cogatur. Eius rei quæ causa sit, phy-  
sicas rationibus intelligitur & explica-  
tur. Voluptas enim non est aliquid per  
se ipsum existens, firmum aut stabile: sed  
aut motus, aut motum consequens affe-  
ctio quædam corporis : quam imperfe-  
ctam esse *αἰτιλέχειαν*, & cum contrario  
semper mixtam, definitio eius declarat.  
Hinc fit, ut nullam uoluptatem percipia-  
mus corpore, nisi indigentia, dolor, aut  
cupiditas aliqua præcesserit. Quàm pri-  
mū enim sitis & fames extincta , & in-  
digentia expleta est , statim uoluptas in  
dolorem & tormentum uertitur, si ultra  
necessaria corpori exhibere uelis. Cum  
ergo, cui hæc probè cognita & perspecta  
sunt, satis intelligat, uoluptatem corpo-  
ris

## EPISTOLA

ris pro bono , quod prima specie offert ,  
malum: pro delectatione dolorem , pro  
copia inopiam , pro fœlicitate adferre  
summam miseriam : illam in omni uita  
aspernabitur & repudiabit , nec fucata e-  
ius specie & blanditijs imponi sibi , ac de-  
cipi se patietur . Porro animus fortis ,  
magnus & elatus , in eo potissimum  
cernitur , si res externas omnes despici-  
at , si nihil nisi quod honestum ac de-  
corum est admiretur , aut expetendum  
ducat: si labores , pericula , dolores , mor-  
temque ipsam contemnat : omnesque  
fortuinæ casus & insultus , qui multi sunt  
& uarij , æquo animo ferat: si nec aduer-  
sis rebus deprimatur , nec secundis effe-  
ratur & insolecat . Hæc uero non ual-  
de difficultia erunt illi , qui se , uitam , res-  
que suas omnes cum uniuersæ naturæ  
amplitudine contulerit: quamque ad e-  
am nullius sint momenti omnia quæ  
nos iudicamus esse maxima , perspexerit .  
Vitam uero poscente Deo libenter e-  
tiam ponet , qui in morte non solùm ni-  
hil esse mali , sed animum per mortem  
molestia corporis liberari , & è vinculis  
creptum suæ libertati restitui , Physicis  
ratio-

## DEDICATORIA.

fationib. cognouerit. Non iam dicant quid ad eloquétiam studium hoc obscuritatis naturæ conduceat. Illud enim à Platone quodam loco diligenter explicatur, ubi Periclem (quem Aristophanes tonare fulgurare, & permiscere Græciam dixit) ex Anaxagoræ physici schola prodijisse affirmat, & inde traxisse ~~τὰ ιδεαὶ τὰ φύσεις τὰ φυλακτά τὰ στοιχεῖα τὰ περιβόλια~~, hoc est, ~~οὐέστιον τὰ διανοήτη τὰ επιφύλακτα τὰ στοιχεῖα τὰ περιβόλια~~ ~~τὸν πόλεμον~~. In primis autem ad Medicinam Physica est utilis. Medici enim ex Physicis omnia sua principia sumunt, quod cùm alibi, tum ad finem libri de Respiratione testatur Aristoteles, ita scribens: De ualitudine autem & morbo, non solum Medici est, uerùm etiam Physici aliquò usq; causas dicere. Quid autē inter eas intersit, & quatenus in diuersis reb. uerfentur, intelligendū est: quandoquidem finitimā esse utramq; artem ad certum quendam finē & terminum, res ipsa quā obseruamus declarat. Nam Medici omnes clari, illustres, aut ualde diligentes de ijs quæ naturā attingunt differūt, illiusq; principia assumunt: & clarissimus quisq; eorum qui naturā tractauerūt, ferè in Medicinæ principijs finē artis sue statuit,

## E P I S T O L A

statuit. Haec tenus ille. Ex quibus satis liquet, ruitur am medicinam, nisi physicis principijs fulciatur, sustineaturq;. Com memorauit haec tenus multas & amplas cōmoditates, quas naturæ cognitio sup peditare nobis potest: sed illud est maximum, eaq; in primis illustris & conspicua utilitas, quod nos à rebus sensibus subiectis, ad cognitionem métis nostræ, & ab ea ad species à materia separatas, ad primam usque & simplicissimā causam & Deum opt. max. uelut manu perducit. Ita enim Plato à physicis motionib. ad in quisitionem diuinæ essentiæ peruenit: & Aristoteles in Physicis à motu ad motorem usq; primum, primamq; omnium rerum causam ascendit. Series enim causarum & ordo naturæ immutabilis, & certissimæ motuum leges manifestè co uincunt nos, ut cogamur statuere, esse aliquam mentem simplicissimam, æternam, infinitæ potentiæ, sapientiæ & boni tatis, φιλόσωμον φιλανθρωπον, ut suauissimè inquit Xenophon, à qua hæc omnia depédeant & gubernetur. Neq; alia fuit causa Epicuro, propter quam tam impie de diis senserit, quam quod (teste Cicerone)

## DEDICATORIA.

ione) omnis physiologiæ fuerit expers.  
A' consideratione ergo creaturarum ad cognitionem , admirationem & amorem creatoris, animi nostri assurgere debent, ut ita nostra philosophia sit inchoatio ueræ Religionis: ut quodam loco inquit Picus Mirandulanus. Ad hoc enim potissimum est conditus hic mundus, ut testimonium nobis dicat de sapientia & bonitate Creatoris , quæ in omnibus etiam minutissimis mundi partibus euidentissimè conspicitur. Ita etiam Diuus Apostolus in Actis inquit: Deum ita propè nobis esse, ut penè manibus attrectari possit. & alio loco : Non sine testimoniio seipsum reliquit, benefaciens de cœlo , dans pluuias & tempora frugifera, implens cibo & læticia corda nostra. & ad Romanos capite primo ait : Inuisibilia Dei, uidelicet æternam eius potentiam & diuinitatem, conspici ab opificio mundi , animaduersam ex operibus.  
Apud Xenophontem uero disputatio de Deo ex rerum naturalium inspectione, & consideratione causæ finalis , tandem hoc pulcherrimo concluditur epilogo:

*Εἰναι τὸ θεῖον τοῦτο μὲν τοιότοπος, ὃδ' αὖτα πάντα*

## EPISTOLA

ταῖς ἀρχαῖς πάνταις αὐτοῖς, πάνταις παρεί-  
ναι, πάνταις παντωρὶς ἐπιμελεῖσθαι. Quo quid  
potuisset dici ab ignaro ueræ pietatis  
magis piè? Quanquam uero illa cogni-  
tio Dei, quam ex creaturarum contem-  
platione haurimus, ad salutem nequa-  
quam sufficit: sed audiendus est filius  
Dei, ex sinu æterni patris nobis & es-  
sentiam & uoluntatem Dei patefaci-  
ens: tamen postquam illum ex uerbo  
suo cognouimus, & quomodo colen-  
dus & inuocandus sit didicimus, nihil  
honestæ & piæ menti iucundius esse  
potest, quam hæc uestigia diuinitatis,  
& hanic famam de Deo sparsam in om-  
nibus creaturis, persequi, easque diligen-  
ter & attentè quasi concionantes no-  
bjs de Deo audire. Talem opinor futu-  
ram fuisse uitam nostram in paradiſo, si  
primi parentes in innocentia perstis-  
serent: perpetuam uidelicet laudem &  
prædicationem sapientiæ, bonitatis &  
iusticiæ Dei in omnibus creaturis elucen-  
tis. Omitto iam, quod ad multas quæ-  
stiones eruditè explicandas ualde uti-  
lis est Theologo, physice cognitio. Quid  
enim de imaginē Dei, ad quam homo  
conditus

*Psalm. 19.*

## DEDICATORIA.

conditus est : quid de peccato , quid de  
uiribus humanis seu libero arbitrio do-  
ctè dici poterit ab eo , qui animæ facul-  
tates ex Physicis non didicerit distingue-  
re? Quot uero sunt in sacra Scriptura si-  
militudines & allusiones , aptissimè pe-  
titæ ex media rerum natura ? de quibus  
nihil dicere poterit is , qui naturæ talium  
rerum ad quas fit comparatio & allusio ,  
fuerit ignarus . Ob quam rem apud uete-  
res Theologos in magno semper precio  
fuisse studium hoc animaduertimus . Ne  
que illi mouebantur insulsis quorun-  
dam clamoribus , qui inquisitione cau-  
sarum naturaliū admirationem diuinæ  
potetię & sapietię in animis nostris tolli  
caluniāntur . Cōtra quos ualde pruden-  
ter & grauiter quodam loco inquit Basilius : *§ χαρφ ἐλαττώται οὐ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἔνπλη-*  
*ξις , ἐπειδὴν ὁ τρόπος παθεῖ ὅμηρονται τι τῶν πα-*  
*ραθλῶν ἐξουρέθη .* Ut enim picturā elegan-  
tem multo magis miratur pingēdi perit-  
tus , quam rudis : ita diligens causarū in-  
uestigatio & inspectio in omnibus par-  
tibus naturæ , sapientiam & potentiam  
creatoris ita disponentis omnia , ut &  
à certis causis , & propter certos fines

## E P I S T O L A

çuncta fiant, clarius demonstrat, & ob  
oculos ponit. Has tantas res, aliasque  
multas cum complectatur Physica, ne-  
quaquam aspernanda est, sed diligenter  
ad cultum animi & pietatem cognoscenda. Nec propterea omnino est ab-  
ijcienda, quod non omnium rerum ma-  
nifestas, firmas, & certas causas propo-  
nat: sed haec qualescumque reliquiae pri-  
stinae sapientiae, qua primi parentes no-  
stri à Deo erant ornati, diligenter af-  
seruandae, & in magno honore sunt ha-  
bendae: donec hac peccatrice carne e-  
xuti, non per creaturas Creatorem, sed  
in Creatore creaturas cognoscere ua-  
leamus. Etsi uero, Illustriss. Princeps,  
haec mea Epitome multo tenuior est,  
quam ut amplitudini tantarum rerum  
respondeat: spero tamen illam non in-  
utilem fore discere incipientibus, qui à  
facilioribus & leuioribus ad altiora &  
magis ardua sunt deducendi. Sub T.  
autem C. nomine apparere eam pro-  
pterea uolui, quod uideam C. T. in his  
periculosis temporibus, tantisque Rei-  
publ. negotijs, etiam ad Scholas ( quas  
nonnulli Principes, inferiores sua cu-  
ra iu-

## D E D I C A T O R I A.

ra iudicare, non sine magna reipub. per-  
nicie solent ) clementer respicere uolu-  
isse: & diligenter curare, ut iuuentus in  
liberalibus artibus bonisque literis non  
modò in hac Academia, sed in omnibus  
**C. T.** ditionis oppidis, monasterijs & pa-  
gis, restè & fideliter instituatur, ac per  
suos gradus seu classes à primis initijs,  
progressu expedito & facili ad eruditio-  
nem & pietatem perducatur. Id autem  
ut facilius fieri posset, C. T. prudēter om-  
nes Scholas totius ducatus ita in gradus  
discendi distribui iussit, ac diligenter cu-  
rari, ut ubiq; similis sit docēdi & discen-  
di ratio, ijdemq; libelli passim iuuentu-  
ti proponantur, ut iam una Schola ex o-  
mnibus collecta esse uideri possit. Quæ  
in Academiam nostram ceu caput respi-  
ciunt: in qua, quod in alijs inchoatū est,  
perficitur: & summa professorū diligen-  
tia & sedulitate non solū Latinę & Græ-  
cę linguę authores artesq; dicendi fide-  
liissimè traduntur, sed omnes philoso-  
phiæ partes accuratè explicantur. Qua-  
re, quum & ego eius muneris partem a-  
liquam sustineā, uolui C. T. meā quoq;  
qualem cunq; industriā & conatum iu-

E P I S T O L A.

uandi cōmunem rem literariam , & gra-  
titudinem erga C. T. cui omnia mea  
debeo, hoc libello probare: quem ut se-  
rena fronte suscipiat, humiliter oro.  
Quod si cognouero, addetur mihi ani-  
mus ut maiora aliquādo in Philosophia  
audeā. Deum opt. max. per C H R I S T V M  
Seruatorē precor, ut C. T. diu conseruet  
incolūmem , ad fœlicem gubernationē  
subditorum, & plantationem & propa-  
gationem literarum & pietatis. Datae  
Tubingæ, Kalend. Augusti, An-  
no D. M. LXI.

## ΜΑΡΤΙΝΟΣ ΚΡΟΥΣΙΟΣ.

Δοῦρο νέος, ποὺ Τίνα δε λαβών μάθε βίβλου αόπηρως,  
Λιεβλῆρος ἡντινάσσοι σίδιωσιν σὺφρόνως:  
Βαλόμενός σε βίσ τὰ μάταια λιπόντα, θεωρεῖν  
πολυωφελῆ τῷρη πίσμάτωρ ὅλος φύσιν:  
αἰνεῖν δὲ εἰπτάτωρ τὸρη παύσοφορ, ύψιμέσιοντα,  
κέσμοιο ποιῆσθαι, πυροβολήσατε.  
Ἐλβιος, εἰ τὰ νοεῖς, πίστης εἰς τὸ φιλοζήσω:  
ἄμα τ' ἐδλός, λὺν εἰδῆς μισασπάλῳ χαρίν.

## ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΙΖΛΗΡΟΣ.

Ηνίδη Αειστοῖέλης ὁ πολὺς, σελίδεος· οὐδὲ πάντας,  
σύνεινέως πρόφρονες τάσσει πέχεδε νέοι.  
παγγρέτο γέπατρὸς θωμάζετε σεινεχές δρύα:  
τοῖς τε μισασπούτεος· ὑμέας ἔστε φίλοι.

E L E N C H V S   L I B R O R V M  
 Philosophiæ naturalis, qui hoc Opusculo continentur.

	PAG.
<i>Philosophiæ diuīsio</i>	1
<i>Epitome librorum VIII de Natura.</i>	7
<i>De Cœlo lib. IIII.</i>	104
<i>De ortu &amp; interitu lib. II.</i>	157
<i>De Meteoris lib. IIII.</i>	199
<i>De anima lib. III.</i>	234

P A R V A   N A T U R A L I A .

<i>De sensu &amp; ijs quæ sensu percipiuntur</i>	269
<i>De memoria &amp; recordatione</i>	277
<i>De somno &amp; uigilia</i>	280
<i>De insomnijs</i>	284
<i>De diuinatione quæ in somno existit</i>	287
<i>De motu animalium</i>	291
<i>De longa &amp; breui uita.</i>	298

GEORGII LIE=

BLERI IN EPITOMEN

Philosophiae Naturalis Præfatio.

DE PHILOSOPHIA

diuisione.

**P**Hilosophiae uocabulum cum nō eo  
dem semper modo ab Aristotele et  
alijs quoque philosophis accipia-  
tur, mirandum non est, si non cædē  
quoq; eius definitiones diuisionesq;  
ferātur: qua de re pauca quædam dicere constitui.  
Aliquando ergo Philosophia Aristoteli significat Philosophia  
tantum cognitionem substantiarum, ut libro 4. Pri-  
mae philosophiæ: ubi tot Philosophiæ dicit esse par-  
tes, quot sint substantiæ: quare necessariò esse ali-  
quam primam, aliam sequentem seu secundam. Atq;  
tum Philosophia definienda crit, Naturalium diui-  
narumq; substantiarum scientia & explicatio. In- Secunda.  
ternum pro ijs accipitur disciplinis omnibus, que  
ueritatis tantum et scientiæ causa exquiruntur. qua-  
rum tres ab Aristotele numerantur lib. 6 Altioris  
philosophiæ: Mathematica, Physica, et Theologia,  
sive sublimior quam sit Physica philosophia. Nam  
quecūq; scientia aut sapientia aliqua comprehendun-  
tur, aut sunt substantiæ simplices, que nihil disimi-  
le sui aut dispar in semetipsis habeant: que omniū

## PHILOS. NATURALIS

verum causæ principes merito appellantur, uocanturq; à Græcis ἀντάσσεται: quarū tractatio Theologia, prima Philosophia, uel sublimior & altior quam sit Physica sciëtia dicitur. Aut sunt formæ seu sp̄cies, quæ naturales substantias constituit, nō simplices ex sincere, sed cum materia semper coniunctæ: et ob id non prime & supreme, sed secundæ & inferiores causæ nuncupātur, ex ἀναρτήσεως ὅνται: quarum consideratio Physica, interdum etiā secunda Philosophia dicitur. Postremo sunt quedam formæ, quæ et si reuera, et per se ipse, absq; subiecto cui inhærent, non subsistant, animo tamen & cogitatione à materia separātur: eorumq; proprietates ita exquiruntur & demonstrātur, ut materia nulla prorsus habeatur ratio: ut sunt Mathematica, quæ εἰς ἀφαιρέσεως ὅγη solent appellari à Græcis. Rece  
Tertia. ptior tamē est apud Peripateticos, & communior illa Philosophie divisione, quæ apud Plutarchum libro primo de Placitis Philosophorum, his elegantiissimis uerbis descripta legitur: Aristoteles et Theophrastus, et fere Peripateticihoc modo philosophiā partiti sunt: Necesse est, inquiunt, consummatū ui-  
rum, & eorum quæ sunt contemplatorem esse, & eorum quæ decent actorem. Si, uerbi gratia, quæra tur, animas necne sol sit: esse enim uidetur. Qui hoc igitur querit, is contemplator est: quippe qui nihil aliud quam id quod est querit. Si itē queritur, mun  
dus ne

dūsne infinitus sit, & si quid est præter mundum.  
 hæc namq; omnia in contemplatione sunt. Rursum  
 queritur, quomodo insituenda uita, aut liberi, aut  
 gerendus magistratus, aut sanciendæ leges. hæc igi-  
 tur omnia agendi gratia queruntur, huiusq; modi  
 uir actuosus est. Hactenus ille. Ex quibus confi-  
citur, φιλοσοφίαν aliam esse θεωρητικὴν, aliam πρα-  
τικὴν: quarum huius finis est actio, illius ueritas.  
Quia enim Philosophia est perfectio animi, aut (ut  
Cicero loquitur) medicina: animi uero duæ sunt ui-  
res a lmodum præstantes, quæ perfectionem aut me-  
dicinam recipiunt et requirunt, τὸ ἐφευπλόν, πάντα  
γνωστικὰ, quarum hæc scientia rerum & cognitio-  
ne, illa ueri boni appetitione & consequitione ex-  
pleteur: fit, ut ista pars Philosophiae, quæ τὸ ὀρεγ-  
νόν τῆς ψυχῆς perficit, uocetur πρατικὴ, à fine qui  
est πρᾶξις: quæ uero τὸ γνωστικὸν absoluit, dicatur  
θεωρητικὴ, item à fine qui est θεωρία ueritatis. Ter λογικὴ Peri-  
 tiam ergo Philosophie partem, quā Stoici, & post pateticis nō  
 hos Cicero, qui illos libenter sequitur, et nostra æta <sup>est pars, sed</sup> instrumentū  
 te ferè omnes adiiciunt, λογικὴν: Peripatetici non philosophiae  
partē, sed instrumentū Philosophie nūcupant, præ-  
sertim Dialecticam, quatenus illius appellatione de-  
mouitrandi quoq; artificiū cōprehendit. Id uero  
 Ammonius his uerbis testatum reliquit: ἡ φιλοσο-  
φία εἰς πάντα διηγεῖται, εἰς τὸ θεωρητι-.  
κὸν, καὶ τὸ πρατικὸν. πάντα θεωρήσια μονάς σιν, cū

## 4 PHILoS. NATVRALIS

οῖς ἐπισπέλγεται πόρι τῆς ἀληθείας καὶ τὸ φῶνδας  
 πραγμάτων ἐστι, σὺ οὖς ἐπισπελγμένος τὸν πόρον  
ἴκανον. ἐπεὶ δὲ πολλὴ τής ἐστιν αἱματίητος τοῖς αὐ-  
 θρώποις πόρι τε τὸν ἀγαθὸν καὶ τὸν παῖδας, καὶ τῆς ἀλη-  
 θείας πάντα τὸ φῶνδας, λικὸν ἄλλοι ἀλλοιονται αὔγα-  
 θὸν λικὸν λικονί, λικὸν ἀληθέας τε πάντα φῶνδας εἶναι, ἐ-  
 δένταν ὁργανύς μικρετινὸν τόπτωρ ἡμῖν παχαδε-  
 ναι, ὅπερ ἐστιν οὐκόποδεξις. In eadem est sententia  
 Ioannes Grāmaticus, cognomento Philoponus, sic  
 scribens: τῆς ἀποδείξεως ἐδείθησαν οἱ φιλόσοφοι,  
 ὡς οὐ γάντα, πρὸς πατόρθωσιν τῷ μὲν τῆς φιλοσοφίας  
 μορίῳ, τῷ θεωρητινῷ φημὶ πάντα τὸ πραγμάτων. ὡς δὲ  
 γάρ οἱ τέλεσιν μικρένει τὸ σύνθυτον ἔν λορ καὶ τὸ πάντα  
πύλας τῆς ἀθηναϊκεψημένος, λικὸν οἰνοδόμος τὸν  
 ἴσον τοῖχον ἀπὸ τῆς πειλινότος Τῇ λιαθέτω, οὕτω πάντα  
 οἱ φιλόσοφοι τῷ ἀποδειπνῷ πανόντι μικρένει λια-  
 τὰ μὲν τὴν θεωρίαν τὸ ἀληθέας ἀπὸ τὸ φῶνδας,  
 πατὰ δὲ τὴν πρᾶξιν τὸ αὔγαθὸν αὐτὸν τὸν λικονέ.

Plato uidetur illam interdum vocare partem Philo-  
 sophiæ, ut in Phædro: μαθημάτων ἄλλων τέλυνον  
 πάντα τέλεα appellans: interdum pro instrumento ha-  
 beret, ut in Parmenide, ubi enim vocat αὐτὸν λεγομένον:  
 quod haud faceret, si pro parte Philosophiæ illam  
 haberet. Argumenta & rationes Stoicorum, qui-  
 bus λογικὴν partem esse Philosophiæ probare ni-  
tuntur: item Peripateticorum, quibus diuersum o-  
 stendunt, & qua ratione instrumentū, qua item ra-  
 tione

tione pars dici Philosophiae queat, reperies apud Ammonium in præfatione Commentariorum in Categorias Aristotelis. Atq; hæc de diuisione Philosophiae, secundum Peripateticos, dicta sufficient. Cicero lib. 2 Officiorum, & lib. 1 de Oratore, ita definit Philosophiam: Essē illam diuinarum humanarumq; Quarta.  
rerum scientiam, causarumq; quibus hæc contineantur, & orationis qua explicentur, quæcq; omnem bene uiuendi rationem teneat. Eam & alibi, & libro 1. de Oratore, in tres partes distribuit: in naturæ ob-  
scuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam &  
mores. Reliquas quia notæ sunt, & paßim tradun-  
tur partii Philosophiae subdiuisiones, consultò pæ-  
tereo. Politianus ambitu uocabuli istius cōprehen- Quinta.  
dit artes etiam mechanicas, quod ingenio & indu-  
striamentis humanae excogitatæ sint. Hic omne ge-  
nus doctrinæ in inspiratum, inuentu, & ex his duo  
bus mixtum partitur. Inspiratum uocat, doctrinam  
de religione Christiana: inuentum, tum eam doc-  
trinam quā nos in genere Philosophiam appellamus:  
tum etiā omnes artes mechanicas, quas à questu, cu-  
ius gratia ferè tantum exercet, sordidas: & quod  
usui omnium seruant, siue etiam quod libero & in  
genuo homine indigne sint, illiberales appellamus.  
Sub mixto genere comprehendit Astrologiam, &  
omnes diuinatrices. Sed hæc est latissime patens si-  
gnificatio uocabuli Philosophiae, qua quicquid pe-

culiari aliquo conatu et magno studio facimus ac molimur, philosophari in ea re dici possumus. Ita quidam apud Lucianum, ligone se philosophatur dicit: significans se uelle fodere. Sed omissa hac postrema significatione, ut nimiris latè sese diffundente: et duabus primis, ut nimiris in angustum contractis: retineamus uel tertiam, que est Peripateticorū: uel quartam, que est Stoicorum et Ciceronis. De origine uocabuli Philosophiae, habes elegantiissimum locū apud Ciceronem lib. 5 Tusc. quæst. ab initio.

## DE PHYSICA.

**H**Aec tenus de Philosophia dictum satis reor. Nunc de Physica dicamus, quam Cicero uerit naturæ obscuritatem, siue de natura et rebus occultis doctrinam, siue naturæ rationem: sed sib illa comprehendit etiam Theologiam, seu primam Philosophiam, et Mathematicā. Nos hoc loco accipiemus uocabulum Physics siue Physiologias in propria et genuina significatione. Deriuatur enim à uerbo φίλω, quod significat nascor siue orior: quo significatur, esse illam cognitionem earū duntaxat rerum quæ oriuntur ex occidunt, quatenus oriuntur et occidunt. Quare illam libet sic definire: Physica est scientia naturalium substantiarū siue corporū, hoc est, quæ docet et explicat omnium rerum quæ natura subsistunt, et caducarum, principia, causas,

*by force quid*

Physics tractat de entibus realibus Speculationis Rebus effectus, et prius logicam, quæ de rationibus rationis tractat, propter hanc, prius moralism, quæ licet multum circa mundum medicis, rationis speculacionis, in Æthiopico

*effectus, partes, deniq; omnes proprietates, quæq;  
illis per se insunt.*

Quod est subiectum  
Physices?

Corpus naturale, quatenus motui est obnoxium.

Qui fuerunt eius primi inuentores?

Thales Milesius primus de talibus rebus quæsi-  
uit, authore Cicerone. quinetiam Aristoteles libro  
primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, uocat illum αἰχνύον  
istius Philosophie.

Quis est eius finis?

Finis eius consistit nō in effectione alicuius ope-  
ris, aut in actione aliqua, sed in sola cognitione ex  
contemplatione pulcherrima rerum naturalium.  
Ad quas uero et quantas res doctrina hæc profit,  
in Præfatione satis copiose demonstratum est.

DIVISIO OPERIS  
totius.

Platoniuersam physiologiam unico dialogo  
est cōplexus: quem à Timæo Locrensi, cuius  
doctrinam uehementer admiratus est, ex cuius e-  
tiam breuis extat de his rebus dialogus, Timæum  
inscripsit: ac proinde breuius, obscurius et confu-  
sius pleraq; tradidit. Aristotele uero res ipsas se-  
quutus, quæ uniusmodi omnes non sunt, in multos  
libros hanc doctrinam partitus est: quorū omnium  
argumenta ex diuisione materiarum physicarum

facile colligi possunt, cum libri secundum subiectas  
materias rectissimè distinguantur. Vniuersa namq;  
Physica scientia, aut est de principijs rerum natura-  
lium, quæ tenus sunt naturales & corporeæ, atq; de  
ijs quæ hæc principia ex necessitate consequuntur:  
 aut de ijs quæ sunt ex principijs orta. De uniuerso er  
go genere corporeo, ac de ijs quæ omnibus rebus  
naturalibus communiter insunt, scripti sunt ab Ari-  
stotele octo libri: quibus omnibus ἡ τέχνη αὐτού σεως  
φυσικῆς, scorsim uero quatuor prioribus ἡ τέχνη αὐ-  
τῶν, posteriorib. uero ἡ τέχνη λυγας et titulum fecit.  
 Eorum porro quæ ex principijs coaluerunt, simpli-  
 cia quedam uocantur, alia composita. Ac simplicia  
 quidem dicuntur, cœlum, et quatuor elementa: nō  
 respectu principiorum, quod ex eis composita non  
 sint (nam quicquid est corporeum, ex sensibus per-  
 cipitur, simplex non est) sed respectu corum quæ  
 ex his ipsis simplicibus corporibus orta sunt, quæ  
Mixta appellantur. De his ergo docet quatuor li-  
 bris De cœlo inscriptis: prioribus quidem duobus  
 De quinta essentia, et propriè uocato Cœlo, inter-  
 cetera sempiternum ipsum esse demonstrare uolens:  
 posterioribus autem duobus, De quatuor elemētis,  
 quæ sub luna sunt, quatenus sunt simplicia, simili-  
 cibusq; carent motionibus. De illis porro quæ mi-  
 xione quatuor elemētorum oboriuntur dicturus,  
 primum conscripsit duos libros, titulo De ortu et  
 interitu:

interitu: quibus docet, quæ cōmūniter omnia quæ oriuntur & intereunt, quatenus talia sunt, consequantur. Horum uero alia alias habent proprietates. nam quorundam mixtio non omnino absoluta est, & ob id imperfectè mixta à Physicis appellari solent. ca quia fere omnia in eo loco qui proxime supra nos est oriuntur Meteora uocantur: de quibus in Meteoralogica tractatione docet. Aliorum mixtio à natura absoluta est, & sunt in eo loco quē nos incolimus: quorum animata nōnulla sunt, alia inanima. De inanimatatis scripsit libros de Metallis, qui incuria maiorum interciderunt. De Animas scorsim extant libri trcs, quibus ostenditur quæ sunt propria corporibus animatis, quatenus animata sunt: hoc est, quæ corporibus causa animæ accidunt. Animatorum quædam sunt plantæ, quædam plantanimantia (licet enim mihi hanc uocem ωόφυτα, post Hermolaum Barbarū, de uerbo græco exprimere) quædam animalia.

De animalibus multis & uarijs libris differuit, in quibusdām historicè naturas eorum enarrans, ut in libris De historia animalium inscriptis: in alijs causas docens, ut in libris De generatione animalium, De partibus, De motu, De somno, & similibus libris. Ita etiam De plantis duobus modis scripsit: quorum tamen librorum nullus extat. Nam duo De plantis, qui Aristotelis nomine nuper prodierunt,

10 PHILoS. NATVRALIS  
runt, ab acumine tanti philosophi uidentur alieni.  
Hæc est diuisio uniuersæ Physicæ doctrinæ, secun-  
dum Peripateticos breuißimè comprehensa.

Harum uero rerum omnium, quum sint  
singulares, indiuiduæ, sensibusq; percipi-  
antur, ac quotidie orientur & occidunt, quomodo  
potest esse demonstratio & scientia: quum ea quæ  
per demonstrationem cognoscuntur, indi-  
uidua non sint, nec sensibilia, & perpe-  
tuò eodem modo sese habeant?

Rerum certè singularium & caducarū scientia  
non est: sed sensibus illæ, non intelligentia percipi-  
untur, quatenus uero sub uniuersali ratione obijci-  
untur animo, eatenus scientia earum & demon-  
stratio esse potest, diciq; debet.

Quo ordine, quā ue methodo Aristoteles hanc scientiam  
tradidit?

Συγετινῆ, siue αὐθετινῆ, nam à simplicissimis,  
hoc est primis principijs exorsus, ad composita, eo  
rundemq; rationes & proprietates inuestigandas  
progreditur.

Quum uero naturalium rerum princi-  
pia inuentu sint admodum difficultia, adeò ut  
pleriq; ueterum philosophorum in illorum inqui-  
stione à uero aberrarint: quānam uia ince-  
dendum nobis erit, ut non & ipsi ad eos-

tria secura ponit. Tulus quo dem scopulos impingamus?  
probat magis uniuscuiuslibet nichil nobis nisi quem singulare.  
Primum accipitur in 5mo sic: Totum in singulari, & summa non habet. Ab ijs  
singulis trahi partibus: Facilius n. cognoscimus totum somnum, quem si pia-  
re cōscio sit in gaudiis illius pastore: N. dividitur & totum quod datur ipsius in libetum  
continet. n. tota lo. multus prius, nol n. tunc quia longiorum pascuum habent.  
nisi. Opt: cuius ingratia notis singularibz elatis, pectoris, & magis uniora  
solidi & solidam datur. Allorsq; distinctiones notis definitius  
sustentum ab infinito sustentum & q; in loco eius, tunc pectoris, membrorum  
quibus modis apparetur, postea utrumq; ageretur summiq; ab experien-  
tia.

Ab ijs quæ nobis notiora sunt, incipiendum erit:  
 & per ea ad obscuriora, & ea quæ nos latent, pro-  
 grediendum, licet illa natura et simpliciter sint no-  
 tiora.

Quid igitur de principijs notum  
 est nobis?

Hoc certè omnes nouerunt, aut unum esse prin-  
 cipium rerum naturalium, aut plura: & si sunt plu-  
 ra principia, aut fore ea finita, aut infinita nume-  
 ro. Rursum si unum sit principium, & illud aut fini-  
 tum, aut infinitum esse magnitudine.

Est' ne unum tantum rerum naturaliū  
 principium?

Non. nam quod unum est, aliud ex se procreare  
 non potest: alioqui enim reuera unum esset. Neq;  
 etiam cum alio cōgrediens, nouum quiddam consti-  
 tuet aut efficiet: cum ipsum solum principium dica-  
 tur esse. Constat igitur istis rationibus, non unum,  
 sed plura esse principia.

Sunt 'ne infinita principia?

Dupliciter principia infinita dici possunt: aut nu-  
 mero, aut magnitudine. ex utraq; opinio nō caruit  
 claris assertoribus. Sed neutro modo principia in-  
 finita dici possunt, nam quæ ex eis nascerentur res, in  
 finitæ quoq; essent: suis enim principijs vacare co-

*Ense significat enim, ut substantia recipi possit, quantumcumque quidcumque:*  
*Atq; Ense separationem ab altero nomine infinitum vel finitum esse, ut p[otes]t, c[on]tra*  
*in r[ati]o[n]em Ense Probat[ur] quic si Ense substantia, solum p[otes]t in finitum*  
*p[otes]t non potest non finiti, ga illa sola quic[unque] conuenienter. Et p[otes]t non non*  
*anum, non sed p[otes]t. Ita vero ergo, ut in quantumlibet substantia, p[otes]t ut in qua*  
*vacuum, quic[unque] existentium typis sit in esse.*

posita res nulla potest. Quare cum cernamus definitam esse molem omnium naturalium corporū, principia quoq; eorunderi & numero & magnitudine finita esse statuamus. Pluribus uerbis istae opiniones confutantur ab Aristotele: cuius arguenda & rationes ex ipso melius, quam ex talibus libellis cognosci possunt.

Cum ergo numero & magnitudine finita sint principia, restat ut inquiramus, quoniam ea, & quae sint?

Id sane restat. Sed ut hoc cōmodius facere queāmus, rursum à nobis notioribus incipiendum erit, ut per ea quae scimus, ad ea etiam quae non scimus, perueniamus.

Quid igitur de principijs præterea mihi notum putas?

Rudis quedam notio, & qualiscunq; descriptio. Si enim hoc mihi concedis, esse quedam rerum naturalium principia: certè & illud nō inuitus dabis, Principia esse talia quae non fiant ex alijs, neq; ex se mutuo, sed ex quibus alia omnia fiant & oriuntur. Si enim sunt principia, certè ex alijs orta non sunt. Principium enim non aliunde est, sed alia ex principio sunt. Neque sibi mutuo dicūtur aliqua esse principia, sed aliorum. Et si principia sunt, certè necesse est ut sint aliqua ex illis orta. Principiū enim respectu eius dicitur, quod ex ipso natū profectumq; est.

Quot

Quot sunt rerum naturalium  
principia?

Tria: Materia, forma, & priuatio.

Quare sunt tantum tria principia, &  
non plura, neq; pauciora?

Quia sunt tantum duo contraria, & unum sub-  
iectum.

Quare dicis principia esse  
contraria?

Quia quæ populariter de principijs nota esse  
paulò antè diximus, in contrarijs primis, nec usquā  
alibi reperiuntur. Hec enim quia sunt prima, &  
priora ante se nulla habent, non fūnt ex alijs: &  
quia sunt contraria, non fūnt ex se mutuo, quum  
nullum contrarium sui contrarij capax sit, sed illud  
ubicunque inuenierit expellat, in eius que locum su-  
beat. Præterea omnia ex contrarijs primis fūnt &  
oriuntur. Non enim temere quodvis ex quolibet na-  
scitur, sed certum ex certo: hoc est, ex eo quod ido-  
neum est, & habile, ut ex eo tale aliquid fiat: quæ  
habilitas contrarie repugnatibus definitur formis,  
ut sensu est notissimū. Quid enim notius est, quam Metaphys.  
doctum fieri ex eo qui non est doctus, doctrinæ ta- u. περὶ την  
men capax? Ratione autem magis in habitu, id est, contraria  
forma & priuatione deprehenditur: que prima vis, eis uide  
est, & latissime patens oppositio, & contraria e-  
tiam sub se complectitur. Nec rursus quod factum sit.

Contraria possunt hanc explicationem facilius compren-  
dere, si quis per ipsum etiam priuationem, quae non sunt, sed in opposi-  
tione ad ea existentes, hanc hanc explicationem. PRIORA quae ab alijs  
contrarijs ut superflua vel formis substantiarum, et priuatis non posse  
possunt, quae ab alijs contrarijs, superflua vel non possunt formis  
accidentibus, quae non a formis, sed solum uicem illarum possunt.

Cumquid sit in contrario uel modo sit et qui quibus  
corrumperit, in contrarium uel medium transire

## 14 PHILOS. NATURALIS

generatumq; est, interitu suo in quoduis resoluitur: sed in id, in quod ut per interitū abeat, habile est et idoneum. Quemadmodum enim ortus et generatio rerum definitus est, ita quoque occasus: ita uidelicet, ut non quævis species in quamlibet obitu suo transeat, neque quiuis habitus qualibet priuatione delegatur, sed sibi opposita: sicut etiā actio et passio tantum inter contraria existit. Manifestum ergo his factum est rationibus, contraria pro principijs rectè numerari. Quam sententiam confirmat etiam omnium Physiologorum cùm veterum tunc recentium consensus et authoritas: qui quamvis in hac tractatione principiorū varijs opinionib. dissideant, nec ulli ferè cum altero conueniat: in hoc tamē omnes consentiunt, quòd cōtraria statuunt principia. Huc etiam accedit hæc ratio, quòd principia in naturali Philosophia ita sunt describenda, ut ex illorum natura possit ratio et causa adferri, currenrum naturalium tāta sit instabilitas: cum ea que ex his principijs orta non sunt, nec sunt naturalia, eodem modo semper habeant. Eius uero rei causa alia reddi nulla potest, quam que à contrariorum ratione sumitur, hæc enim omnium mutationū causa sunt. Nā ea quæ undiquaq; sunt similia, nec quidquam alienum, aut sui dispar in se continet, eodem statu perpetuo consistunt. Liquet ergo, principia esse contraria.

ab iis Amicis nostris contrarium ponebat: in hoc Philosophante qd gen  
pura alia pugnare, qd uerba spemdat ut Quare  
tione, alijs naturae formam sensum semper hanc ordin  
ati graviter et sumptuose priore. In hoc conuenient quod facit n  
atura formam suam qd cum alia statim qd de  
cet principia subiectorum qd cum quaque alia statim qd de  
cet. Et hoc dicitur sive pugna uerba pugnare melius sumptu  
alud pugna et concordia molier pugnare, plenum menses rurum  
uerba sumptuosa pugnare sive rurum pugnare

E P I T O M E.

Quare sunt tantum duo  
contraria?

Quia uniuscuiusq; generis physici est tantum  
una contrarietas, quæ non potest nisi inter duo con-  
sistere. Quare cum substantia naturalis genus sit u-  
num, eiusdem etiam contraria duo tantum esse pos-  
sunt.

Num igitur contraria sola sunt rerum  
naturalium principia?

Nequaquam. Contraria enim ipsa per se non pos-  
sunt subsistere, tantum abest ut principia aliorum  
possint esse: necessario enim sunt in aliquo, quod de-  
finitio eorundem declarat. Ergo si non sunt per se  
et sola, nec principia per se et sola possunt esse.  
Præterea, cum (ut iam dictum est) semper sint in  
alio substantiam, que ipsa per se sola est, procrea-  
re non poterunt. Quod enim per se est, ex illis quæ  
insunt nasci non potest. Huc accedit, quod subiectū  
cui contraria insunt, ipsa natura contrarijs prius  
est. Semper enim id cui aliquid inheret, eo quod in-  
heret prius est. Cum igitur prima omnium rerum  
naturalium principia quæramus, contrarijs certè  
solis non poterimus contenti esse: sed tertio nobis  
erit opus principio, quod, cum utriusq; cōtrarij sit  
capax, materia vel subiectum nominari solet. Hoc  
ipsum etiam argumento ducēte πρὸς τὸ ἀδιύκτον  
demonstrari potest. Fingamus duo tātum esse prin-  
cipia,

cipia, eaq; cōtraria, atq; ex his solis cæteras res omnes nasci. Iam ab eo qui hoc statuat, petamus ut nobis explicet modum, quo ex illis principijs gignantur cætera. Certè horum duorum alterutrum fateatur necesse erit: aut utrumque contrariorum solitum existens procreare res alias, aut contrariorum congressu res nasci. Quæ ambo nemo sanæ mentis fatebitur. Nam ex principium unū solum existens gignere nihil potest: & contraria, quia longissimo interuallo distant, congreedi ad alterius et tertiae rei constitutionem non possunt, sed perpetua est inter illa pugna, & (ut prouerbio dicitur) ~~æterdos~~ ~~mōles~~.

Sed quare unum tantum est subiectum, non plura?

Quia duobus plura non sunt cōtraria, ut supra est ostensum: cōtrariorum uero, ut genus, ita quoq; subiectum unum tantum est.

Cum Aristoteles rerum naturaliū principia, quæ in nullo alio quam in substantiæ genere describi possunt, contraria dicit esse, an nō si bimetipsi repugnantia statuisse uidetur, cum in Categorij substantiæ nihil esse contrarium prodiderit?

Nequaquam. Longo namq; interuallo genus Phisicum & genus Dialecticum differunt. Ac nō rero fit, ut quæ genere Dialectico conueniunt, Phisico genere discrepare uideantur. Mortale certè & immortale

mortale eodem genere Dialecticus comprehendit, quæ Physico genere toto discrepat. nihil enim mortale & immortale, sempiternum & caducum, commune habent in Physicis. Ita quoq; Dialecticus substantiæ hoc dicit esse propriū, quod in toto illo genere nulla reperiatur contrarietas. Physico autem generi substantiæ contrarietas, ut diximus, inest. Dialecticus enim de substantia perfecta et omnibus numeris absoluta loquitur: ac incipit à prima substantia, hoc est individuis, & gradus notionem colligit. Eius autem hoc est primæ apud Dialecticos uocatæ substantiæ quæ sint principia, ex quibus orta sit, Physicus querit. Ergo in materiam et formam, illam diuidit. Materiæ quidem cōtrarium nihil est: ipso ipsa utriusq; contrarij capax est, et instar generis sese habet. Formæ uero cōtraria est priuatio: ut musico immusicus, & homini non homo, & reliquis formis eodem modo sua cuiq; priuatio: quæ quum proprio nomine plerunq; careat, negatē particula declaratur. Cū uero in Physicis hominem & non hominem, uerbi gratia, opponi dicimus: oppositio hæc contradictoria censenda non est, sed priuatiua. Neq; enim est absoluta negatio, sed negatio cum habilitate quadam, ad formam quæ negatur, recipiendam. id quod in contradictione, quæ absoluta est negatio, nō fit. Ex his intelligitur, cuiusmodi sit ea contrarietas quæ in principijs locum habet.

b Cate-



Cæterum hæc contrarietas talis est, ut in substantiæ genere principem uim gignendis rebus obtineat: in reliquis autem generibus posterius insit, & analogia quadam eadem esse intelligatur. Cōmuniſ enim contrarietas alia ratione quam hac dari nulla potest: quæ tamen omnino inuestiganda erat, ut legitime de omnibus mutationibus naturalibus loqui possemus.

An uero elementa quatuor uulgò nota, non sunt omnium rerum naturalium principia?

Non.

Quare?

Quia nec sunt prima, nec simplicia omnino.  
Quia enim uarijs mutationibus obnoxia sunt, simplicia certè dici non possunt. Cumq; ortui & interi tui etiam ipsa, ut in partibus eorundem quotidie cernitur, sint obnoxia, principia quædam illorum necessariò constituuntur. Sunt ergo elementa principia mixtorum corporum, sed non prima. Nos uero in instituta tractatione, prima inuestiganda putauimus.

Hactenus ex sententia Philosophi tria esse rerū naturalium principia didici: sed quæ inter illa sit discrepantia, quæ cuiusq; in ortu rerum proprietas, quod munus & officium, quū idem omnium non uideatur, audi-  
re cupio.

Quæ-

Quemadmodum maxime queq; res, ex minimis & admodum contemptis initij oriuntur: ita omnis sciētia & cognitio nostra, qua homini diuinius contingere in hac mortali & caduca uita uix quicquā potest, ex paucis quibusdā, et in speciem nullius momenti ac popularibus notionib. progrederitur. Principia quidem rerū naturalium quot & quae es sent, magna cōtentione semper quæstū fuit à philo sophis: cū tamen nemo ferè adeò sit stupidus, qui nō illa dum loquitur indicet, et sermone usurpet. Quare noster Philosophus ex quotidiani sermonis formulis suam & uerā de principijs sententiā eruit, et cōfirmat hisce propemodū uerbis. Cū quid ex alio natum esse significare uolumus, non una semper loquēdi formula utimur: sed efferre solemus id uariè, multisq; modis. Cū enim musicū (ut res exēplo noto nō careat) fieri dicimus, aut simpliciter dicimus, Homo fit musicus, aut Ex nō musico efficitur musicus: aut cōpositè, Immusicus homo fit musicus homo, et, Ex immusico homine fit musicus homo. atq; his quatuor modis ferè solemus uti, declarādo ortū cuiuscunq; rei, quæ anteā nō extiterat, ex alia. Cæterū his dicendi figuris nō indifferēter aut promiscuè quibuscunq; generationibus significandis utimur. Quando enim unum contrarium in aliud per generationem mutatum esse indicare uolumus, non solum ex eo factum aliud quiddam (ut ex non mu-

sico musicum) sed etiam ipsum factum aliud, omis-  
sa præpositione ex (ut, nō musicum factum musi-  
cum) dicimus. Ex subiecto uero (ut ex homine)  
fieri aliquid (ut musicum) non dicimus, nisi cōtra  
rio nomē desit: tum enim pro contrario materiam  
seu subiectum usurpamus. non enim dicimus æs, sed  
ex ære fieri statuam: propterea quod, cum contra-  
rium statuæ nomen non habeat, æs informe et rude  
simpliciter pro statuæ contrario arripimus: atq; ita  
ex ære statuā fieri dicimus, quemadmodum ex in-  
docto doctum. Quocunq; uero modo fieri dicas ali-  
quid, duorum semper te mentionem facere animad-  
uertes: subiecti uidelicet, ut hominis, ex quo, uel  
quod factum aliquid affirmas: & eius quod factum  
dicas, ut Musici. Liquet ergo, in omni generatione  
duo necessariò requiri: subiectum, seu materiam in  
qua generatio absoluitur: & formam, quæ in mate-  
riam introducitur. Subiectū uero, hoc est, id quod,  
uel ex quo fieri dicitur aliud, et si numero eſt unū,  
rationes tamen easdem non habet, sed geminas. Cū  
enim hominē, & immusicū fieri dico musicum, nu-  
mero non discrepare hominem & immusicum in-  
telligo: idem enim qui homo est, & immusicus est.  
rationes tamen & definitiones utriusq; hoc est ho-  
minis & immusici, diuersas esse reperio. Nam ho-  
mo, cum generatio absoluta est, hoc est, iam factus  
musicus, manet: sed quod in eo dicebatur nō musi-  
cū,

cum, adueniente musico cedit, neq; cum re genera-  
ta permanet. Videmus ergo in generatione musici  
tria requiri: subiectum, nimirum hominem in quo  
generatio hæc perficiatur: et unum contrarium,  
quod in subiectum introducatur, formam uidelicet  
seu habitum musici: contrariorum uero alterū, hoc  
est immusicum, cum subiecto, homine, numero qui  
dem unum esse, aliam tamen esse rationē seu defini-  
tionem hominis, aliam item immusici, quod cum re  
constituta iam ex sua materia et forma, hoc est mu-  
sico homine, non permanet. Sed inquis: Hac insti-  
tuta disputatione, non quomodo musicum aliquid,  
aut album, aut omnino accidens quodcūq; fiat que-  
ri, sed quomodo substantia, et hoc aliquid nascatur  
inuestigari. Rectè sanè. Sed et in substantiarum ge-  
nerationibus subiectum aliquod seu materiam esse  
patet, ex qua gignatur, cū ex nihilo gigni non pos-  
sint: ex seminibus enim suis plantæ et animalia fi-  
unt. Exemplum uero superius ex accidentium ge-  
nere mutuatus est Aristoteles, quod res ibi sit clari-  
or: utpote quibus subiectæ sint res actu existentes.  
Mutationum uero substantialium subiectum primū  
potentia sola existit: nec ullo sensu percipitur, sed  
ratione solum et analogia quadam: ut paulo post  
dicetur. Hinc manifestum fit, rerum generatarū  
omnia principia duo esse, ex quibus compositæ co-  
stitutæq; sint: subiectum, et formam quæ in eo nasci-

tur: tertium uero principium quod formae contrarium est, quum sit cum subiecto numero idem, ratio ne tamen discrepet, atque in re generata non permaneat, principium causamq; per accidēs dici: cum in generatione rerum non minus quam duo superiora necessarium sit, ut paulo post patebit. Liquet etiam, non errare eum qui principia tantum duo statuat esse: sed et illum recte sentire, qui tria dicat: neque falli eum qui principia putet esse contraria, et tamen hæc eadem contraria non esse, rationibus tamen diuersis, quæ iam explicate sunt.

Sed uidetur nihil omnino generari posse. Nam si quid fit & oritur, illud aut ex eo quod est, aut ex eo quod non est, nascitur: quorum neutrum rationi consonum esse uidetur. Ex eo enim quod non est, nihil fieri posse, consensu omnium Physicorum probari facile potest. Id uero quod est ratione ea qua est nasci & gigni, per absurdum dictu & auditu iudicatur. Quibus sane rationibus, ut ortus rerum, ita quæ hactenus de principijs dicta sunt, omnia prorsus euerti, existimari possunt: ad quas quid respondendum sit, audire cupio.

Ratio hæc friuola prorsus & inepta censenda non est. Plerique enim ueterum philosophorum, licet in inquirenda natura rerum diligentes admodum fuerint, tamen quid ad eam responderent, in prom  
ptu

ptu non habuerunt. Vnde non pauci eorū compulsi, nihil prorsus gigni dixerunt: sed nobis uideri igni, id quod tātū alteretur, aut quod emergat ex latebris quibusdam. Nobis uero, qui ab Aristotele didicimus distinguere ea quae ambiguae dicuntur, respondere ad hanc quæstionē difficile non est. Nam ens, et non ens, dupliciter dicuntur: interdum per se, nonnunquam uero per accidens. quemadmodū etiam medicus cum sanat, per se: cum uero extruit aedes; per accidens hoc facere dicitur. Itaq; ex non ente per se nihil generari dicimus: ex subiecto tamē, quod est non ens, per accidē fieri aliquid dicimus. subiecto enim accedit priuatio, quae ipsa est nō ens.

Ita quoq; ex eo quod est per se hoc aliquid, nihil fieri dicimus: sed ex materia, quae ipsa non est hoc aliquid, sed cui accedit ut sit hoc aliquid, fieri dicimus aliud quiddam. Iterum distinctione alia dubitatio hæc non incommodè dissolui potest. Nam aut actus, aut potentia, quæcumq; sunt, existere dicuntur. Ex materia ergo, quae est nō ens, potentiam uero eam habet qua possit fieri et esse aliquid, gigni res quacunque affirmamus. His distinctionibus satisfactum puto ueterum argumentis. Ex quibus etiam facile intelligi potest, principia à nobis recte descripta esse, quum hæc quæ hactenus diximus, non modò inter se & cum rebus ipsis consentiāt, sed ex ijsdem etiam recte intellectis antiquorum dubitatio

*Ens est non ens  
sunt hæc existere*

Hoc aliquid  
perpetuo ab  
Aristotele  
dicitur indi-  
uiduum sub-  
stantiae.

## 24 PHILOS. NATURALIS

nes possimus soluere. Reliquum est ut de singulis principiis seorsim aliquid dicamus, exorsi à materia.

Quid est materia?

Materia est fabricum cuiusq; mutationis primum, cum insit per se, & non secundum accidentem. In omni enim generatione aliquid necessariò subiecti, præterquam quod supra copiose probatum sit, etiam ex eo patet, quod ex eo quod nihil omnino est, fieri non posset quidquam. Id ergo quod quoscunque ortus rerum præcedit, & post omnem interitum remanet, ac uicissitudinem ortus & interitus omnem sustinet, materia dicitur, & est pars substantie eius quod generatur, non accidens aliquid. Ac quoniam rudibus scribimus, rudi exemplo rem declarare non pigebit. Panis quo uescimur, in chylum: chylus, in sanguinem: sanguis in ossa, carnem, neruos, &c. conuertitur. hæc ipsa, intereunte homine putrescant, ita ut homo in terram, ex qua sumptus est, reuertatur. Hæc uero terra quæ ex putrefacto hominis cadavere orta est, rursum germinare potest, & gramen quo uescatur bos producere, cuius mactati postea carne uescitur aliis homo, ubi iterum in carnem, neruos, &c. mutatur. Vides in quam multiplies formas materia sese, tanquam Proteus quispiam, conuertat: quæ quamuis non cernatur oculis, facile tamen intelligis aliquid subesse, quod tam multiplies mutationes sustineat, atq; in se recipiat.

Quare

Quare in definitione adiungis hanc  
particulam, Non secundum  
accidens?

Quia priuatio quoq; rerum generationi subie-  
cta dicitur: non tamen per se, quoniam ex negatio-  
ne nihil efficitur: ( priuatio autem negatio est ) sed  
per accidens: cum ex materia , cui accidit priuatio,  
per se ac propriè generari aliquid dicatur.

Quot modis materia in physicis  
usurpari solet?

Duobus. Est enim materia propinqua, seu secū-  
da quædam: alia remota, quam primam dicunt.

Quid est materia propinqua?

Materia propinqua, ut nomē ipsum indicat, di-  
citur, quæ rei illi quæ ex ea nascitur, uicina ita est,  
ut ex ea statim, non interuenientibus alijs genera-  
tionibus nascatur, et ut ex ea unum aliquid tantum  
nasci possit: ut ex semine in agrum projecto una tā  
tum species exurgit, et ex ouo gallinæ nō nisi pul-  
lus gallinæ excluditur. Hæc enim materia suam for-  
mam habet, quæ illi largitur habilitatē ad unam so-  
lam aliquam formā per generationē recipiendam.

Quid est materia remota?

Est ea, cuius ratione quodlibet fit ex quo quis, quæ  
omnes uiciū recipit formas: sed non statim fiunt  
b 5 illæ

illæ mutationes, aut subitò, quales poëtæ fingūt metamorphoseis, sed interuenientibus multis mutationibus. Et hæc est ea, quam superius descripsimus.

Est ne materia notio aliqua?

Cum res quelibet definitione explicetur, cognoscaturq; definitio uero speciem et formam cuiusvis rei propriam ostendat, qua materia prima caret: se quitur certè, ipsam ut nec definiri, ita etiam neq; cognosci posse.

Quid igitur de ea disputamus, si cognosci à nobis non potest?

Nō omnia de quibus differere aliquo modo possumus, propria & genuina notione seje menti nostræ efferunt: sed in quibusdam satis est, si analogia quandam uenari possumus. Materia certè prima propter causam modò expositam, propriā notiōnem nullam habet: sed analogia & comparatione tum ad res artificio constitutas, tum ad materiam secundam seu propinquam cognosci & intelligi aliquo modo potest, ut non immerito notio eius analogica dicatur esse ab Aristotele. Tum enim primum materiā, quod & quid sit, intelligere utcunq; incipimus, cum ita nobiscum cogitamus. Artifices omnes, qui naturæ dicuntur imitatores, sua opera, quæcumque tandem illa sint, ex materia aliqua efficiunt: ut, figulus uasa format ex argilla, statuarius ex ære facit statuam. quare natura quoque res tam multipli-

multiplices, quales quotidie oriri cernimus, ex materia aliqua efformabit, quæ se se necessariò ad rem effectam et generatam ita habebit, ut argilla ad vas fictile, et æs ad statuam. Et sicut uidemus ex uno nasci pullum, ita res naturalis omnis ex materia procreatur aliqua: cuius ea erit comparatio ad rem natam, quæ est oui ad pullum. His atq; similibus comparationibus, quemadmodum in alijs obscurioribus rebus solet fieri, materiam, qualis sit, tandem intelligere posse nos speramus. Atq; ita intelligendum est quod Plato in Timæo, materiam, quā μέσα φοριῶσ, ut Plutarchus inquit, locum uocat, adulterina quadam ratione uix opinabilem dicit.

Sed quare materiam forma omni  
destitutam dicis?

Quia si formam aliquam haberet propriam, nullam aliam posset in se recipere. duæ enim formæ substantiam constituentes, in una materia subsistere nequeunt: atq; inde accideret, ut nihil generari posset. Cum itaq; formarum mutuas successiones in materia uideamus, atq; ipsam omnium capacem sequitur profectò, propria forma materiam primâ prorsus destitutam: alioqui enim et hoc conseqüetur, ut generationes rerum tantum alterationes quedam dicendæ essent, cum subiectum quod sensu perciperetur, idem semper maneret.

Gene-

## Generatur 'ne materia?

Materia prima nequaquam generatur: quod nō credenti, in hunc modum persuaderi potest. Quicquid generatur, ex aliquo fit, quod potentia sit tale, ut ex eo hoc quod fit, fieri possit. Sed hoc ipsum est materia: ut ex definitione superius tradita liquet.

Materia igitur si generatur, et ex materia generatur, et existit antequam sit generata. quod quidem sit absurdum dictu, quis non uidet?

## Interit 'ne materia?

Eodem modo ne interire quidem materiam per se, probari potest. Ut enim materia primū est in generatione: sic est etiā ultimū in eo, in quod res omnes interitu suo resoluuntur. Nam & ortus rerum est ex aliquo, non ex nihilo: & interitus rerum est in aliquid, non in planè nihil. Quare si materiam primam interire dixeris per se, in quid quæso interire ipsam dices? Num in rem aliquā naturalem? At qui hoc non est interire, sed nasci. Ergo in materiam? Erit igitur materia, etiā postquam interierit: quod falsum esse, quis non uidet? ut nimirum res ultra interitui suo sit superstes: & quæ periret omnino, substantiam tamen priorem nihilominus obtineat perfectam? Materia ergo ortus & interitus per se expers omnino est. Nec unquam cœpit, nisi cum totus mundus à Deo optimo maximo uerbo omnipotentis ex nihilo conditus est. Quod nos nō argumen-

lis Aristotelis edociti, sed sacræ Scripturæ oraculis persuasi firmiter credimus, diuinitus reuelatae ueritati plus tribuentes fidei, quam uanitati ingenij et acuminis humani: quod in rebus diuinis magis cœcutere, quam noctuae oculos ad clarissimum solis lumē, Aristoteles ipse prodidit.

Cum igitur materia nec oriatur, nec occidat: forma item, eo quod principium sit, mutationis aleam non subeat: quid nam per se nasci & interire dicitur?

*Res naturalis, ex materia & forma composita.*

*Quis est usus materiæ?*

Hic uero, ex ijs quæ supradicta sunt, satis liquet. Propter motum enim, & formarum mutationes, quæ sine materia nequeunt esse, materiam in principijs numeramus.

*Quid est forma?*

Forma est, quæ largitur essentiam, nomen & definitionem rei composite: quæ substantia etiam rei naturalis dicitur. Cum enim materia neque per se & solitaria, neque cum priuatione coniuncta possit rem naturalem & hoc aliquid efficere, sed semper sui similis permaneat: necessariò forma ei accedit; cum qua constituit quicquid omnium rerum est. Propter materiam enim nulla res ab alia differt: sed forma facit, ut essentiæ definitiones, nomina quoque rerum diuersa sint.

*Quotu-*

*Substantialis*

### Quotuplex est forma?

Duplex. Nam una est, quæ facit ut res substantia dicatur esse, ac proinde Substantialis vocatur; que in unaquaque re una tantum est, illamq; ab alijs differre facit: ut forma hominis, leonis, ursi, &c. c. Alia forma dicitur Accidentalis. hæc ut res accidente aliquo sit insignita, præstat: ut scientia, uirtus, sanitas, morbus: quarum formarum infinite in qualibet re possunt esse. Porro de substantiali forma propriè et præcipue nobis hic sermo est.

*Accidentalis*

### Ea uero quām multiplex est?

*Forma substancialis corpora*

Duplex. Est enim forma quedam incorporea, et à materia separata, quam materia consequi non quam potest: ut forma angeli, aut intelligentiæ cœlestis, de qua forma Physicus nihil differit. Alia forma est corporea: quæ aut naturalis, aut artificialis existit. Plura de forma differere, Physici nō est: sed primo philosopho totum hoc negotium relinquitur.

*Forma corporis*

### Quid est priuatio?

Priuatio est, absentia seu carentia in subiecto habili, ad formam illam cuius est priuatio suscipiendam. Neq; enim (ut antea quoq; dixi) absoluta et inerna est negatio, sed negatio in subiecto habili: hæc enim facit, ut materia formarū omnium capax sit. Nam si materia non modò formis omnibus careret, sed hac quoq; habilitate quam ei primatio conciliat, esset

effet destituta, generari res nullo modo possent, cu  
formam nullam in se recipere ualeret materia. Ne-  
que uero forma ea quæ in materia existens, alteri  
formæ aduenienti tāquā hospes hospiti iure posses-  
sioneq; sua cedit, uulgi more priuatio censenda est:  
sed habilitas illa subiecti, qua aptum id est & ido-  
neum ut formam sequentem in se recipiat. Proin-  
de extra materiam consistere priuatio non potest,  
sed cum illa semper est eadem: non quidem ratione  
seu definitione, sed subiecto & numero.

Quare priuatio dicitur princi-  
pium per accidens:

Materia & forma per se dicuntur principia re-  
rum generatarum, quod substantiam earum perfici-  
ant & absoluant: & neutra à re perfecta ex abso-  
luta citra eius interitum abesse posset, nec reuera,  
nec imaginatione: atque in definitionibus physicis  
utraque alteri sit coniungenda. Priuatio uero, in ge-  
neratione non minus quam aut materia aut forma  
necessariò est. hæc enim causa est, ut forma cum ma-  
teria coniungi & copulari posset, & unum aliquid  
numero facere. Cæterum generatione absoluta  
non manet, sed formæ aduenienti cedit. Atque hoc  
est quod uulgò dicunt, generationis rerum  
tria esse principia, constitutionis ue-  
rō tantum duo.

Cum

Cum uero natura nihil frustra, sed omnia boni alieuius gratia faciat: quid hac priuationis cum materia adiunctione, boni consequitur?

Quum res esse, longè melius atq; prestatius sit,  
quam non esse: hoc omni modo effugere, illud uero  
cōsequi natura semper conatur. hinc generationes  
rerum appetit: à corruptione uero & interitu ab-  
horret, ac omni conatu effugere illum studet: quod  
hæc ipsi esse rerum finem imponat, illæ uero principium largiantur. Materia uero, quia omni for-  
ma, definitione, cognitioneq; per se caret, propemo-  
dum nihil est, et infimo eorum quæ sunt ordine uix  
subsistit. Quare ut & ipsa quoq; aliquid esse pos-  
set, ac quod bonū diuinumq; est consequi ualeret,  
appetitus formarum illi usui fuit, quem priuatio ei  
largetur: hæc enim causa est, ut materia formā ceo  
bonum quiddam expetere & cōsequi possit. Quod  
si uero materia formas in se nou recipere, ipsa esse  
aliquid nullo pacto dici posset. Quapropter appe-  
tit formas priuatione sua. Neq; enim forma mate-  
riam appetit, alioqui enim suam corruptionem ap-  
peteret: propter materiam enim forme fluxe insta-  
biles, mutabilesq; sunt. Priuatio ergo facit, ut tā ua-  
rias formas materia in se recipiat: quum propter  
infirmitatem suam retinere nullam diutius possit.  
Hæc de principijs rerum naturalium, breuiter, &  
ut com-

moles v/l 1750  
guam vsc

Priuatio conseruat  
materiam corporalem  
formam

*ut compendij instituta ratio postulare uidebatur,  
dixisse satis sit. nunc alterius disputationis capiatur  
exordium.*

## C O M P E N D I V M I N L I B R U M

*secundum Physicorum Aristotelis, qui  
est de Natura et causis.*

*Quibus de rebus post hæc in Phy-  
sicis disputari solet?*

*De natura.*

*Quare uero post explicatas ratio-  
nes principiorum, de natura sta-  
tim dissenterit?*

**D**icas huius rei in præsentia rationes adferre libuit. Prima hæc est. Mostratis partibus, principiisq; alicuius rei iā cognitis, proximū est, ut inquiratur, quid sit id quod ex partibus illis et ele-  
mētis cōponitur, oriturq; *Naturale uero corpus uo* *Naturale corpus* catur, id quod ex principijs ijs, de quibus iam mul-  
ta sunt à nobis disputata, nascitur. Hoc cum à natu-  
ra sortiatur appellationem, quid sit, commodè in-  
telligi haud potest, si naturæ definitio ignota nobis  
fuerit. De natura itaq; deinceps ante omnia diffe-  
rendum est. Ratio altera hæc est: quod de motu et  
statu quæ propria sunt rerum naturalium, hoc est  
eorum quæ ex materia et forma sunt composita et  
c] orta,

34 PHILoS. NATURALIS  
orta, rectè non posset institui disputatio, nisi prius  
quid natura sit, diligenter fuerit explicatum: quod  
~~ex~~<sup>est</sup> ea motus semper dependeat, illamq; perpetuo  
consequatur, adeoq; rerū naturalium proprius sit.

*Cause & Causis  
Artis humanae*  
De causis quoq; hoc loco differendum sibi putauit  
Aristoteles, non tantum ut pars illa definitionis na-  
turæ, qua ipsa causa esse dicitur motus status, pla-  
nior fieret & clarior: sed etiam ut sequens de motu  
disputatio expeditior foret, quem à causa aliqua ex-  
citari semper oportet. Hinc quid casus & fortuna  
sit, ignorandum non est. multorum enim, cur facta  
sint, rationes, ad has ceu causas referre uulgò con-  
sueuimus: ut perfecta causarum cognitio sine horū  
intelligentia haberi nequeat. Post hæc non temere  
naturam, ut fortuna solet (quæ fuit quorundam nō  
obscurorum in Philosophia uirorum sententiā) sed  
semper gratia boni alicuius agere, & propter cer-  
tos fines omnia moliri, ostendendum est: quæ dispu-  
tatio cum ea quæ est de fortuna, plane cohæret.

Sed quoniam nonnulli naturam astrictam & alliga-  
tam materiæ necessitatibus agere censuerunt, & neces-  
sitas nō uno modo dicatur, explicandum etiam est,  
quæ nā et qualis necessitas in natura cōstituta uidea-  
tur: quæ omnia hoc libro breuissimè perstringemus

Quid est natura?

Cum natura et ars sint principia multarū rerū,  
quid sit natura mellius intelligi non potest, quam  
si animad-

**S**i animaduersum à nobis & notatū sit, qua in parte res per naturam constitutæ, ab artificio effectis discrimē quoddam habere deprehēdantur. illud enim discriminē à nobis obseruatū, naturæ definitio nem protinus constituet. Quia ergo uidemus rebus naturalibus omnibus, eo ipso quod tales sint, insitos esse quosdam impetus seu operas, ad certas aliquas motiones: ( neq; enim omnes res naturales eodem modo affici aut moueri possunt ) qua interna prop-  
ptitudine res artificiales, quatenus tales sunt, carēt:  
quiet, naturam esse principium & causam motus ~~Haec sunt quod~~  
& quietis eius in quo est, primò per se, & non secū  
dum accidens. Hæc definitio quia paulo est obscu rior & perplexior, singulas particulas ordine ex plicandas mihi sumam: atq; de eis paulo prolixius differam, ut ab omnibus intelligi possint.

**Q**uum animalia principium suæ motio nis in semetipsis obtineat, quod est & dici tur Anima, quæ à natura uidetur diuersum quidam esse, rectè ne dici animalia quoque res natu rales possunt, aut ( ut planius quod uolo dicam ) habent ne animalia quoq; sibi insitam natu ram, non minus quam inanimata?

Etsi non defuerunt, qui censerent, animata, pro ut essent animata, naturalia dici non posse: atque naturam inanimatis, quatenus essent inanimata, tantum inesse: Aristoteles tamen naturam, pro

## 36 PHILOS. NATURALIS

*Natura definitio  
communis*

eo ut commune est uocabulum, ad utraq; hoc est ad animata & inanimata, definit. Nam animata & inanimata naturam habent, non ratione qua ita dicuntur, & talia sunt: sed ratione qua utraq; principium suæ motionis insitum sibi obtinent. Quāquā præstantior est ea, nobiliorq; natura, qua mouentur animalia, quām ea quæ est in rebus anima carētibus. atque communis hæc uox naturæ nec planè homonyma est, nec prorsus synonyma: sed tanquā medio quodam loco constituta, ut ea quæ subiectas res gradibus quibusdam distinctas significant.

Quare natura principium esse dicitur motionum & statuum?

Quia ipsa rebus quibus inest, confert aptitudinem & habilitatem, ut certos motus & status possint in se recipere. Natura enim principium earatione dicitur, qua ipsa ad motus perpetiendos & sustinendos, non autem inferendos est idonea. Neq; dicitur natura principiū ~~continuū~~ rūs lūvīōws, quia non extra rem consistens ipsam mouet. neque etiā nūrtinōp est principium in primis, alias enim ab anima nihil prorsus discreparet: sed est principium, ut habet definitio, t̄s nūrēōd̄x.

Quare natura causa dicitur?

Vtitur Aristoteles in hac definitione uocabulis duobus, idem propemodum significantibus: non enim est principium ullum motionis, quod non etiā causa

causa dici possit: sicut causa quælibet principium dici quoq; potest. Licet uero principiu& & causa idem fere significant, frustra tamē alterum positum esse non est censemendum: rationes enim diuersas utraque hæc uocabula obtinent. Ratione quippe ordinis natura principium dicitur: quoniam in eo genere natura nihil prius existit, quo mediante res aptæ sint & idoneæ ad motus statusq; sustinendos. Causa uero uocatur respectu quodam, quem ipsa habet ad motiones. Sicut enim causam appellamus, qua existente aliud, effectus nimirū, sequitur: eodem quoq; modo naturam sequuntur motiones & quietes rerum naturalium. Est ergo natura, & dicitur, principium & causa: hoc est, habilitas et aptitudo quædam in rebus ijs quæ ex materia & forma sunt cōpositæ, qua idoneæ sunt & habiles, ut omnis generis motus & status possint in se recipere.

Sed cuius tandem rei natura principium & causa seu habilitas dicitur?

Motus & quietis. Motu enim & statu res naturales ab alijs discernuntur, quæ habilitate tali sunt destitutæ: adeoq; proprium hoc est rerum naturalium, ut moueri & quiescere possint.

Omnes ergo res quæ natura constant, sine discrimine aptitudinem habere censes tam ad motus quam ad quietes?

Plane ita sentio.

c 3

Quo+

Quomodo ergo cœlum res naturalis dicitur esse, quod nunquam quiescit?  
item terra, quæ perpetuò  
quietcit?

Omissis hoc loco aliorum interpretum opinionibus & sententijs, quæ ex Simplicio facile colligi possunt, ita breuiter respondeo: Cœlum, terra, & si quæ sunt alia hisce similia, quū sint corpora, & ob id finita existant, finitas quoq; vires tam ad motus quam ad quietes habeant necesse est: quoniam finitum infiniti capax esse nullum potest. Itaq; quo ad hæc corpora sunt, et naturalia existunt moueri aut quiescere perpetuò nō possunt. Quod uero infinito tempore mouentur quædam, alia quiescunt: hoc non à natura, sed à diuiniore quodam & infinito principio habent, à quo cœlum & uniuersa natura dependet.

Quibus rebus confert natura aptitudinem ad motus & quietes?

Illis, quibus inest. Nam extra subiectum natura  
nunquam consistit.

Quomodo natura rebus inest?  
Primo per se, & non secundum accidens.

Quæ dicuntur primo inesse?

Quæ non sunt in rebus ratione & respectu alterius: quemadmodum corpus coloratum dicitur nō per se, sed propter superficiē, cui color primo inest.

Qua

**Quæ dicuntur per se inesse?**

Quæ sunt in eo quod quid est: hoc est, quæ sunt de substantia rei, nec insunt ut accidentia: quo modo ratione prædictum esse, homini per se inesse dicitur.

**Quare Aristoteles hæc duo uocabula in definitione Naturæ coniungit?**

Quia multa rebus per se adesse cernuntur, quæ tamen primò nō insunt. Nam homini per se hoc inest, ut posset sensibus aliquid percipere: non tamen primò id ei tribuitur, sed quasi secundo loco. Non enim ob id quod homo sit, sensibus utitur: sed quia animal est, cui hoc primò ex per se competit.

**Quid uero per hæc duo uocabula significare uoluit philosophus?**

Principium hoc motionis rebus inesse, quatenus sint tales, non quatenus sint aliud quiddam: hoc est, non posse id principium motionis à rebus quibus insit separari, sed esse de substantia ipsarum, eisq; familiariissimū. adeoq; omnibus et semper inesse. Proinde quod res artificiales motionibus naturalibus quoq; sunt obnoxiae, non ob id artificium talium motionū principium esse censendum est, sed natura. hoc enim illis primò non inest, eaq; ratione qua artificiales res dicuntur: sed quia sunt corpora naturalia. Ignis quoq; principiū esse dicitur, ut a qua calefiat: natura tamen eius non dicitur, quoniā

separari & sciungi ab aqua potest, imò re ipsa ab aqua est sciuncta: adeoq; secundum accidēs, nō per se, motionem hanc excitat.

Quare adiungitur in definitione, Et non secundum accidens?

Quoniam s̄æp numero fit, ut quæ rebus per se insint, respectu tamen aliquo per accidens uideantur inesse. Quemadmodum medicus per se quidem, & ut medicus, sanat infirmos: seipsum tamen egrotum per accidens curat. accidit enim ut idem sit medicus & ægratus, adeoq; in semetipso sanitatē procurans. Hoc quia in natura locum non habet, ultima hæc particula definitioni adiecta frustrā nō est, qua excluduntur quæcunq; per accidens motionis cause existere sibi ipsis possunt. Nam & anima, quum substantiam rerum animatarum constituat, per se illis inest: respectu tamē naturæ accidit illis, atq; ut moueantur per accidens prestat, dum ipsa mouet earum corpora naturalia. Sæp numero e-

*Animale principiū animale principium à naturali separatum esse  
primum à naturali deprehendimus: ut ita animam cum natura eandem  
esse, nihilq; inter utrumq; principium interesse, cen-  
sendum non sit. Hanc ergo præcipue ob causam  
dixisse reor Aristotelem, Et non per accidens: ut di-  
serte ostenderet, nihil pro natura habendum esse,  
quod quocunq; modo per accidens rei adesse often-  
dit posſit. Natura igitur (ut breui uelut fasciculo  
colligam)*

colligam omnia quæ hactenus dicta sunt ) nihil aliud est, quam habilitas quædam in rebus, quæ aptas illas facit, et idoneas, ut moueri atq; quiescere possint, quæq; illis omnibus omnino et semper inest. Hactenus naturæ definitio utcunque explicata est: nunc quæ illam sequuntur, consideranda sunt.

Quæ dicuntur habere naturam?

Quæcunq; tale principium motionis sibi insitum habent. Natura enim habitus est quidam, eius quod ex materia et forma componitur: quāquam ipsa substantia quoq; dicitur esse, et subiectum etiā contrarijs non minus quam substantia. Nam et subiectum, et in subiecto semper est natura.

Qualia sunt ea quæ habent naturam?

Nihil natura præditum esse existimandum est, quod sive non sit. Nam quod motum et statum unicitudine quadam in se recipere potest, contrario rum capax est: quod certè soli substantiæ conuenit.

Quæ dicuntur esse secundum  
naturam?

Secundum naturam, seu natura dicuntur esse, non modo ea quæ natura habent, sed etiam motus et quietes, quæ habentibus natura per se cōpetūt: ut motio levium sursum, et grauium deorsum, &c.

Sunt ne omnino eadem, secundum na-  
turam, & natura esse?

In plerisque idem sunt, sed interdum sciungun-  
tur.

tur. Morbus enim natura inest: est enim quoddam naturale eius principium, qui tamen secundum naturam inesse non dicitur, sed præter naturam. Bonae uero corporis constitutio, & natura & secundum naturam corpori inest.

### Quot modis natura dicitur?

Naturæ uocabulum materiæ & formæ accommodari solet: ita tamen, ut forma potior nobiliorq; natura dicatur esse quam materia. Si enim natura et substantia rerum dicitur id quod permanet, & non mutatur: id autem facit materia, ut superiori libro explicatum est: pro natura certè & substantia rerum iure habebitur. Rursum si res artificiales tum demum dicuntur artificiales, cum formæ suam sortitæ sunt; certè naturales quoq; à forma denominabū tur. Quare & forma dicenda erit natura, & quidē potior. tum enim rem demū uerè esse & subsistere dicimus, cum cū: τελεία est, quæ est forma: nō cū duvæus, quæ cum materia semper coniuncta est.

Cum mathematicus & Physicus cōsiderent ea quæ insunt corpori naturali, quæ nam inter utrumq; est discrepantia?

Hæc est. Mathematicus species quantitatis, quæ sive scientie sunt subiectæ, sine motu considerat: & proinde à materia abstrahit, nec eas quatenus in materia sunt definit, aut proprietates earū exquirit. Physicæ uero res quia sine motu intelligi non possunt,

possunt, à subjectis quibus necessariò insunt, seūgi nequeunt: quapropter ita definiuntur & considerantur à Physico, ut forma cum materia semper copulata intelligatur esse.

Clarius hoc mihi uelim exponi.

Exemplo itaq; discrimen illud declarabo. Mathematicæ formæ omnes sese habet instar eius quod curuū dicitur: quod quamvis sine subjecto nunquam existat, tamen absque subjecto intelligitur & definitur: ita nimis, ut curuum dicitur id esse, quod non equaliter inter sua extrema interlaceat. Physicae formæ sunt instar eius quod simū aut claudū dicitur. Simi enim definitio nō solū formā, hoc est cuitatē explicat: sed etiā subjecti, cui inest, meminit. Est enim simitas, cavitas nō quælibet, sed ea quæ in naso est: & claudū, nō quoduis est curuū, sed curuū in pede. Quemadmodum ergo simū sine naso, et claudū sine pede, nō intelligitur quid sit: ita nec formæ naturales sine suis subjectis definitur. Secus est in mathematicis formis. Porro, ut hoc quoq; obiter admoneā, duæ tantū sunt disciplinæ purè mathematicæ, Arithmetica & Geometria: reliquæ, ut Musica, Astrologia, Optica, mixtæ sunt, & mediae inter mathematicas & physicæ, eo quod subjecta quædem habeant naturalia seu mobilia (ut Astrologus cœlestis corpus, Musicus sonos, Opticus radiū seu lumenam visuam) sed demonstrations ad illas adhibent mathematicas.

DE

Quare Physico de causis di-  
cendum est:

*physicis causis*  
**Q**via Physici finis est scientia seu cognitio  
queri, quæ sine causarum explicazione nul-  
la potest esse. Tum enim unamquamq; rem intelli-  
gimus, cum causas eius perspectas habemus.

Quid est causa?

Causa est, ad quam effectus sequitur.

Causa quam est multiplex?

Causarum alia infinita ex prima dicitur, alia se-  
cunda ex finita. quæ iterum in superiorem, seu coe-  
lestem et inferiorem, quæ ex superiori dependet et  
nectitur, dividitur. Sed nostro instituto erit magis  
accommodatum, si omisis alijs causarum divisioni-  
bus, quæ uarie et multiplices feruntur, dicamus,  
causarum alias per se, alias per accidens dici causas.

Quid est causa per se?

Ad quam per se et propriè sequitur effectus.

Quid est causa per accidens?

Cui per accidens effectus quidam adiungitur.

Causa per se quotuplex est?

Duplex. Interna, quæ substantiam rei constituit,  
et proinde pars à nonnullis dicitur: et  
externa, quæ extra rem consistens,  
ipsam mouet.

Quot

Quot sunt causæ internæ?

Duæ. Materia, que concausa et necessitas dici-  
tur, interdum etiam causa sine qua non; & Forma,  
causa scilicet præstantior. For' duc' a'rea

Quot sunt causæ externæ?

Similiter duæ: finis, & efficiens.

Quot sunt causæ per accidens?

Per accidens causæ dici possunt, omnia quæ cau-  
sis per se dictis accidunt: atque ita cuiuscunque rei  
infinitæ possunt esse causæ per accidens. Ut sanatio-  
nis causa efficiens per accidens esse potest Musicus,  
aut grāmaticus, aut iustus. aut deniq; quidquid me-  
dico, qui per se causa est, accidit. idē de reliquis cau-  
sis sentiendum. Sed nos iam causas per accidens præ- præponere cause  
cipuè uocamus, casum et fortunam: de quibus etiā casus e' for.  
aliquid agemus, si prius adhuc pauca quædam de  
causis per se adiecerimus.

Est ne Physici officium, de ma-  
teria dicere?

Est. Cum enim Physicus de corpore naturali,  
quod est compositum, disputet, partes eius & ele-  
menta ignorare non debet: quapropter materiam  
considerabit, quatenus est principium ipsa corpo-  
ris naturalis. Præterea cū imitatrix naturæ ars ma- ars naturæ a-  
teriam consideret, deq; ea rationes quoq; aliquas in- natura  
stituat: dubitari non debet, quin multo magis id na-  
turalis scientia faciat. Loquimur autem hic non de  
prima

Materia est unum genere pars est substantiae  
Substantia est ratione etiam factarum

## 48 PHILoS. NATVRALIS

prima materia, de qua suprà dictum fuit: sed de ea  
quæ habet  $\lambda\gamma\omega\rho$ , gratia cuius certi generis motus  
 $\epsilon\tau$  status quoq; res est particeps. Eam dicimus esse,  
ex qua fiat  $\epsilon\tau$  signatur quidpiam cum insit.

Num de forma quoq; dicendum  
est Physico?

Formæ considerationem à Physico non posse  
repudiari, ijsdem probari potest argumentis, qui-  
bus modò ostensum est materiæ cognitionem eidem  
esse necessariam. Potior tamè est habenda ratio for-  
mæ quam materiæ: quoniam  $\epsilon\tau$  materiæ  $\epsilon\tau$  motio-  
nis finis est forma, seu species. Illa est exemplar quod  
in subiecto imprimitur, cuius notio ratione tantum  
constat. Cæterum  $\epsilon\tau$  materiæ ac formæ genera  
quoq; consideranda sunt.

Quare efficientem quoq; causam Physi-  
cus in suis demonstrationibus usurpat?

Quia hæc est causa, ut non quodlibet fiat ex  
quolibet, sed certo naturæ ductu certum gener-  
tur ex certo. Hanc ad physicas quæstiones explican-  
das primus introduxit Anaxagoras, quo nomine  
apud Platonem ualde laudatur: quum superiores  
Physici, præter materiam, nullam haberent causam  
cognitam. Ea est, unde proficiscitur initium motus  
 $\epsilon\tau$  quietis primum: quo modo is qui consul-  
tat  $\epsilon\tau$  deliberat, dicitur esse causa eo-  
rum quæ aguntur.

Eft.

Est'ne finis etiam in causis numerandus?

Est. Nam interrogati quare aliquid fiat, factum ue sit: finem respondemus. ut, Quare hic ambulat: ut sanitatem recuperet. atq; ita respondentes, causam nos dixisse eius quod fit existimamus. Causae uero huius cognitio Physico in primis est necessaria: illa enim praecepit in omnibus rebus spectari solet. Et quia in Physicis forma et finis respectu quodam solum differunt, certe qui formam considerat, idem etiam causam finalem contemplabitur. Est autem finis, id, gratia cuius fit et gignitur aliquid, estque potissima omnium causarum.

Quae est causarum ad effectus comparatio?

Hec est. Vnius rei plures causae per se possunt esse, sed non uniusmodi. ut, Statuae causa est aes, et statuarius: sed aes, ut materia: statuarius, ut efficiens. Possunt etiam quedam sibi mutuo causae existere, sed non in eodem causae genere. Nam exercitium est causa efficiens bonae ualeitudinis: et rursum bona ualeudo finis est, propter quem exercitium instituitur. Præterea una eademque causa contrariorum dici potest: sed unius per se, alterius per accidens. Nauta quidem per se causa est seruatæ nauis: sed si absente nauta periit nauis, idem etiam submersæ eius causa dicitur, quod tamen accidit. Nam ut nauta, cum peri-

## Quis est causarum ordo?

*A 1. In Causa  
grae*

Causarum quædam sunt priores, et cum effectu coniunctiores: quædam posteriores, ex ab effectu remotæ magis. Sunt etiam causæ quædam per se, quædam per accidens: in quibus itidem una prior, alia posterior esse cernitur. Omnes autem causæ actu facultateq; discernuntur. Actu causa dicitur, quæ cum effectu suo est coniuncta, quem semper & necessariò constitutum habet. Quæ uero potentia cause sunt, ab ijs que produxerūt se iungi possunt, nec necessariò cum eis coherent. Atque his differentijs omnibus, etiam quæ efficiuntur distingui possunt. Omnibus uero his, simplicibus & connexis uti possumus.

Quorsum prodest hæc causa-  
rum diuisio?

*Potw... Soc*

Vt intelligamus, in ætiologijs physicis cuiusque effectus proprias esse adferendas causas, ex tales quæ cum effectu suo cohærent, ac cum illo conuersti possint: ut quæ nec latiores sint, nec angustiores quam effectus, & ut causæ per accidens omnino à demonstrationibus remoueantur. Quod à non satis cautis sæpen numero non obseruatur: quæ res in maximos errores inducere nos solet. Et quoniam plerumq; causæ naturales concretæ sunt, resoluendas eas

das eas esse èò usq; meminerimus, donec ad simpli-  
cissimas perueniamus, ut ita τὸ οὐθὲν in causis ha-  
beamus.

Sunt' ne etiam in causis numeran-  
da casus & fortuna?

Sunt. Nam multa fortuitò ex casu euenire dici-  
mus. Quare si sunt quædam quæ à fortuna ex casu  
prouenient, certè pro causis tam fortuna quam ca-  
sus reputantur.

Quæ nam sunt ea quæ fortuitò  
fieri dicimus?

Quæ neq; semper, neq; ut plurimum, sed raro ad  
consimilem modum eueniunt. Id uero sermone po-  
pulari notum est.

Quid est fortuna?

Est causa per accidens, eorum quæ per electio-  
nem alicuius gratia funt.

Non satis intelligo quid sibi ue-  
lit ista definitio.

Vt eam rectius intelligas, obseruandæ tibi sunt  
duæ diuisiones eorum quæ eueniunt, præter istam  
quam paulo antè tradidi.

Quæ est harum prima?

Omnia quæ funt, uel certo fine proposito ge-  
runtur, uel nulla finis destinatione, nec gratia me-  
lioris suscipiuntur.

Quæ est altera?

Quæcunque fiunt et aguntur, uel per electionem aguntur, uel citra electionem ad suos fines tendunt. Per electionem aguntur, quorum causa est voluntas citra electionem fiunt, quorum causa est natura.

Quare fortuna dicitur causa?

Ne cum uulgo erremus, quod euentum fortuitum solet fortunam appellare. Nam Philosophi causam à qua talis euentus prouenit, fortunam appellant.

Qualis est causa fortuna?

Fortuna per accidens dicitur causa, propter duas rationes. Primum, ut intelligamus, ipsam causam esse non eorum quæ perpetuò aut frequenter, sed quæ raro ad consimilem modum fiunt. Fortuna enim non per se producit effectum suum, sed accidit illi: quæ uero accidentia, rara sunt, cum causam per se nullam habeant. Rarum enim est, ut in agrum progressus aliquis reperiat thesaurum. Sed quā ob causam? quia hoc ita accidit. Altera ratio, propter quam fortuna dicatur causa per accidens, hæc est: Ut sciamus, ipsam in causis per se querendam esse, hoc est, uidendum quæ nam sit illa causa per se, cui fortuna accidat. Nam quod accidit, posterius est eo quod per se est, cui semper inheret.

*Rerum autem fortuna ad causam effigiem habet. Cuius siquid quod sit à causa et fortuna, humanum est considerari, ut à mente uel natura fieri possit. Manifestum vero est naturam et mentem res causas officiales.*

Cui ergo causæ accidit for-  
tuna?

Electioni, seu uoluntati humanæ. Dicitur enim fortuna, causa illorum que per electionem aguntur. Accidit enim, ut uoluntas seu propositum exeundi in agrū operis alicuius faciundi aut ambulandi gratia, siat causa eius ut reperiatur thesaurus.

Quorum causa est fortuna?

Quorum gratia aliquid suscipitur. Neque enim quicquid ita temerè cecidit, ad fortunā referimus: sed si talis sit euētus, quem si praeuidisset homo, eius gratia egisset aliquid. Quare si quis homo egressus amici conueniendi causa, leuiter ad lapidem forte offendat pedem, quod futurū non sperabat, non est hoc ad fortunā referendum: sed si grauiter sauciet, aut crus frangat. hoc enim fore si praeuidisset, certe domo pedem non extulisset. Hactenus particulas in definitione fortunæ positas, breuiter, & quanta potui perspicuitate exposui: quas nunc paucis repeatam. Fortuna non est eventus, sed causa per accidēs: hoc est, eorum que raro & infreuerter fiunt, & que in uoluntate humana hæret, eiq; accidit: à qua talia fiunt, que digna sunt quorun uel consequen- dorum uel effugiendorum gratia aliquid agatur. Exemplum, quo Aristoteles definitionem uoluit declarare, illud est. Si quis in forum proficiscatur causa emendi quippiam, & pecuniam à suo debitore;

quam se accepturum non sperauerat, accipiat, fortuitò hoc dicitur ei contigisse. Causa huius euentus, est progressio illa in forum: si enim progressus non esset, pecuniam certè non accepisset. Atq; hæc fortuna dicitur: quia ut pecuniam reciperet, causa fuit. Sed quia raro fit, ut progrediens in forum accipiat pecuniam, & ob id iam egressus non est, per accidentis causa dicitur: quæ hæret uelut in subiecto, in uoluntate illa & proposito emendi aliquid. huic enim proposito accedit, ut fiat causa reportationis pecuniæ: quæ res tanti momenti est, ut eius gratia non piguisse illum in forum progredi, si sciuisset pecuniam hanc se accepturum fuisse, licet iam ob id progressus non sit. Interim tamen non negamus, ista gubernari ab occulta quadam ex præstantiore causa: hoc est, à Deo, qui saepe mirabiliter consilia & uoluntates hominum aliò quam instituerant impellit, atq; occasiones rerum uel cōmodè uel incommodè res gerendi pro sua liberrima uolūtate & immensa sapientia dispensat: ex quo etiam fortunatos & infortunatos appellare confuemus. Ita Ciceronis consilium infortunatum dicimus fuisse, qui defendendæ libertatis patriæ causa Octauium ad Rempublicam admouerat, & exercitus ei crediderat, à quo Respub. & ipse proditus est. At adolescens ille apud Comicum, cui imprudens & temerarium cōsilium feliciter cesserat, fortunam collaudat, quæ gubernatrix

bernatrix illius consilij fuerit: atque tot res, tantas, tam opportune in unum concluserit diem. Atque istius divine cause ignorantia, uocabulum Fortunæ nobis peperit: cum tamen, si uerè expendere ue*linus rem*, fortuna nulla causa sit. Quod ut nec Peripateticis nec Platonicis repugnantibus dici existimo, si illorum sententiae exactius perpendantur: ita certè religioni nostræ, et ueræ pietati est ualde consentaneum: qui scimus, ne capillum quidem de capite nostro cadere sine uoluntate Patris nostri cœlestis. cui debemus omnia nostra consilia gubernanda ex moderanda pijs precibus committere, nec nostra sapientia niti: quæ omnino absq; diuino auxilio, in tanta caligine rerum, confusione et implicatione causarum et effectuum, quam nulla mens humana perspicere potest, infelicissima est.

### Quid est casus?

Est causa per accidens eorum que citra electio-nem geruntur, ex quorum gratia aliquid suscipitur. Quemadmodum enim fortuna uoluntati humanæ, <sup>Fortuna voluntatis humanae</sup> ita casus naturæ inheret. Ex his liquet, quid inter casum et fortunam intersit. Casus enim generis im-star se habet ad fortunam.

### Quæ dicuntur frustrà fieri?

Quæ fine suū, propter quæ erant suscepta, non consequuntur. Quemadmodū si uisendi amici gratia domo egrediar, illumq; non reperiā, frustra progressus dico. d 3 Quæ

PHILOS. NATURALIS  
Quæ consequuntur definitio-  
neum fortunæ?

Hec. Primò, Fortunam tantum eorum esse, quo-  
rum possit esse electio: adeoq; idem esse electionis  
et fortunæ particeps, rationibus tamen diuersis. Se-  
cundò, Fortunæ posse infinitas causas existere: uni  
enim infinita posse accidere. Tertio: Quia uero in-  
finitæ fortunæ cause sunt, incertam ipsam instabi-  
lemq; esse necesse est, cum causam per se nullam de-  
finitam et certam habeat.

Quæ est fortunæ diuisio?

*eualeces*  
*Cuanitatis*  
*Fortunatum*  
*genua*  
*In fortunis*

Fortuna qualitate et quātitate diuiditur. Qua-  
litate, in prosperam et aduersam: quantitate, in ma-  
gnam ex paruam. Fortunatum porrò dicimus, non  
illum solum cui res sunt secundæ: sed etiam eum qui  
impendens sibi infortunium ex insperato effugit.  
Sicut uiceuersa infortunati dicuntur, nō modo qui  
bus res sunt nimium aduersæ, uerum etiam qui bo-  
no quod iam adepti sibi uidebantur, præter omnem  
expectationem defraudantur.

Temere ne natura, & cæco quodam  
impetu, non minus quam  
fortuna agit?

Negatio si-  
nis ponit ca-  
sum.

Ergo positio-  
nais tollit  
casum.

Nequaquam: sed semper propter aliquod bonū  
et certum finem agit. Quod primum hac ratione  
probari potest. Certè hoc constat, si quid sit quod  
propter finem ex bonum non sit factum, id casu fa-  
ctum oī quoq; sit. At in casu fui: sed ali-

euia oī quoq; sit  
casus grata

## E P I T O M E. 59

ctum dici, aut contigisse. Quare si ostensum fuerit, res naturales casu non gigni, aut extitisse uel agere: demonstratum erit, easdem propter finem aliquem & bonum ortas esse & agere. Casu uero non fieri ea quae natura fiunt, ex eo intelligi potest, quod in ijs casum esse omnes dicant, que raro fiunt. At res naturales ferè semper eodem modo oriuntur, occidunt, agunt & patiuntur. Quare casum in eis domini nari, aut fortunā, nemo dicere potest. Finis ergo & boni causa sunt, agunt & patiuntur. Præterea ubi cunctæ multæ actiones aut motus sese ordine certo et statu consequuntur, ita ut in illis extremum quidam & ultimū sit, eius extremi gratia aguntur & mouentur prima, & que deinceps sequuntur, donec ad finē seu extremū illud peruentū fuerit. Id quod in rebus ijs quae cōsilio et deliberatione aguntur, ualde est manifestū. Minus quidē perspicue in natura apparet: sed tamen cum in natura quoq; uideamus quasi gradus quosdā molitionū, quis dubitare poterit, quim priora propter posteriora gerantur? Id uel in gradibus nutritionis est manifestissimū, ubi semper prior posteriori seruit, & materiam idoneam præparat ac subministrat. Neq; etiā ad hoc probandum, similitudo quae ab artibus dicitur, uim nullam habet. Nam quemadmodum uidemus omnes artifices priora causa posteriorum facere: ita iudicandum est, idem à natura fieri. Quinetiam hoc idem

confirmant multa naturæ opera , quæ tantum non  
 emissa uoce clamant, nihil temere in uniuerso quasi  
 naturæ cōcilio geri. Quæ res cum elegantissimè &  
 copiosissimè sit tractata à Cicerone lib. secundo de  
 Nat. deorum, omnes naturæ operum admiratores,  
 ut locum illum non oscitanter legant, horter. Cuius  
 est illa doctissima & iucundissima conclusio: Sic un-  
 dique omni ratione concluditur , mente consilioq;  
 diuino, omnia in hoc mundo ad salutem omniū con-  
 seruationemq; admirabiliter administrari. Homi-  
 nem uero ita à natura conditum ibidem docet, ut fa-  
 cilè queat intelligi , nec figuram situmq; membro-  
 rum, nec ingenij mentisq; vim talem effici potuisse  
 fortunā. Quòd uero natura consilio & delibera-  
 tione non agit , mouere neminem debet , ut credat  
 temere naturam, neq; causa boni agere. Neq; enim  
 artifices semper deliberant, sed habitu artis fine de-  
 liberatione s̄epe multa faciunt , quæ tamen boni  
 causa facta esse nemo negat. Nec quòd monstra in-  
 terdum, ac prodigiose rerum species, quarum nul-  
 lis uideatur usus, oriuntur, naturam temere agere  
 conuincit. Nam etiam artifices nonnunquam suo fi-  
 ne & bono, quod consequi cupiebant, frustrantur.  
 Si ergo fieri potest, ut Grammaticus loquatur inco-  
 grue, ut Musicus male canat: fieri etiā potest ut na-  
 tura peccet, & ab instituto fine aberret, usitato ui-  
 delicit eius cursu alicunde impedito.

Quòd

*Natura non agit  
consilio*

Quòd si ergo res naturales causa melioris ortæ sunt, non necessariò ortæ: quæro ergo, an nulla prorsus sit in ijs ratio necessitas?

Non est planè nulla necessitas in rebus naturalibus: quæ, ut qualis sit intelligi posbit, explicandum est quot modis necessitas dicatur.

Quotuplex ergo est Necessitas?

Duobus modis necessitas dicitur: Simpliciter, et ex hypothesi.

Quæ necessitas dicitur simplex?

Simplex siue absoluta necessitas est, qua res aliter se habere nō potest; qualis necessitas in rebus æternis & diuinis esse iudicatur. Non tamen illa est necessitas coactionis, sed perfectionis.

Quæ necessitas dicitur ex hypothesi?

Quæ est ex priore quodam nexa: quo existente, reliqua deinceps necessariò sequuntur.

Est ne in rebus naturalibus absoluta necessitas?

Non defuerunt qui censerent, res naturales necessariò generatas esse: quòd ex materia non possint non fieri. Ceterum talis necessitas in rebus naturalibus non est: nam impediri ortus rerum, etiam existente materia, possunt. Quod autem ad interius attinet, simplicem hanc necessitatem non nega-

*euia ad silencium  
in placet  
iustias*

Cuiusmodi ergo est necessi-  
 tas in natura?

Necessitas ex hypothesi, quæ ex ijs quæ conse-  
 quuta sunt ea necessariò fuisse statuit, quæ antecesse  
 runt: ut si caro generata est, necessariò sanguis, ex  
 quo generaretur, præfuit. Atq; hac ratione formæ  
 non necessariò generatā, ut quidam Philosophi ar-  
 bitrati sunt, sed forma generata materiam necessa-  
riò præfuisse dicimus.

Quomodo hæc necessitas differt à  
 syllogistica necessitate, quæ  
 etiam est ex hypothesi?

In natura posterioribus existentibus, priora ne-  
cessariò antegressa putantur. In demonstrationibus  
uerò, prioribus, hoc est præmissis positis, posterio-  
ra, hoc est conclusiones necessariò consequuntur.

COMPENDIUM IN LIBRVM  
 Tertium Physicorum.

Superiore libro cum quid natura esset explicata,  
 principium ipsam dixi motionis statusq;. Quapropter ipsa methodus ratioq; doctrinæ positi-  
 larè uidetur, ut quid motus etiam sit ostendam. Naturæ namq; definitionem nemo rectè intellexerit,  
 motus definitione non cognita. Eadēm etiam ratio  
 ne

ne quæ deinceps sequuntur, perquirenda diligēter nobis erunt: quæ nimirum cum motu affinitatē quādam coniunctionemq; habent, ut sine illis motus existere nullus queat. Quapropter cum motus cōtinuum quiddam sit, nec in eo insit quod diuisionis expers sit (quod alio loco demonstrat Aristoteles) continuum uero omne (ut definitio eius ostendit) in infinitum posset diuidi: profectò ne infiniti quidem tractatio omitti ab eo poterit, qui motus noticiam perfectam haberet uelit. Præterea moueri nihil potest, quod in loco aliquo non sit: locum uero quoddam inane spaciū esse, nonnulli Philosophi sunt arbitrati. Locus itaq; quid sit, ostendendum est: item, an sit in natura spaciū aliquod, in quo corpus nullum actu existat, quemadmodum commenti sunt ueteres Philosophi, uidendum est. Præterea, quum motus omnis in tempore perficiatur, nec in instanti seu momento tēporis quidquam perficiatur, tēp̄us quoq; propriam requiret tractationem. De his itaq; communibus omnium corporum naturalium affectionibus pauca quædam, quæ compendij ratio postulare uidebitur, deinceps dicam: initio sumpto à definitione motus, quam quo pacto inuestiget Aristoteles, et quomodo intelligenda ea sit, iam nunc pro mea uiri explicabo.

Quomodo

Quomodo igitur ad definitionem  
motus accedit Aristoteles?

Cum via ratioq; inueniendi definitiones rerum  
Latentium et obscurarum non una sit, diuisionibus  
quibusdam hoc loco utitur, quibus definitionē mo-  
tus rimatur: tres autem adferunt diuisiones.

Quae est prima?

Quicquid uspiam rerum est, illud aut actu tan-  
tum existit, aut actu et potētia simul. Quae actu tā-  
tu existunt, res sunt diuinæ: quæ uero actu et potē-  
tia existunt, res sunt naturales. nulla enim res natura-  
lis pura est cūræ exiæ, sed omnes sunt mixtae cūræ  
exiæ non sive auctiæ. In hoc duo genera rectissimè  
diuidi possunt quæcunq; esse dicuntur, neq; quicquā  
est quod hac diuisione non comprehendatur.

Quae est secunda?

Res naturales omnes (hoc est, quæ actus poten-  
tiaeq; sunt participes) in decem illa nota omniū re-  
rū genera diuiduntur. nihil enim nominari potest  
naturaliū rerū, quod nō sit aut substantia, aut quali-  
tas, aut relatio, aut aliquod reliquorum generum.

Quae est tertia?

Quæ referuntur ad aliud, duplii discrimine di-  
scernuntur. Quædam enim, quòd maioris mino-  
risq; respectu in quendam ad se uicissim habeant, re-  
ferriri ad se se mutuò solent: ut dimidium ad duplum,  
aut duplum ad dimidium. Cuiusmodi sunt, quorum  
habitum

habitum aliæ deinceps non sequuntur energiæ.

Quædam uero se mutuò in ratione agentis patientisq; respiciunt: & omnino eius quod mouet, ad id quod mouetur, mutuus quidam respectus consistit. mouens namq; non intelligitur, nisi comparatione quadam ad id quod mouetur, ex eregione: que comparatio sine motu intelligi nequit.

Nondum tamen quid motus  
sit intelligo.

Priusquam definitionem motus explicando aggrediar, pauca quædam præmittenda sunt, quæ quo loco habenda eas sit ostendant. Ex diuisionibus ita que suprà traditis, genus motionis quod sit apparet. constat enim, ponendam motionem in eo genere relationum, quarum speciebus constitutis aliæ deinceps sequuntur energiæ: qua propter in passio- Genre dialecticum  
nis ordinem reponendus erit motus. Atq; hoc ipsius Motus

genus est dialecticum. Nam Dialecticus res omnes separans, decem summa genera rerum omniū constituit. Physicus uero species suæ subiectas contemplationi, materiæ certæ adiungit. Vnde non raro euenit, ut quæ Dialectico uniuoca sunt, Physico siant æquiuoca: quod in motus definitione hac, quam paulo post ex Aristotele adferam, perspicuè cerne-re licet. Nam cum motus per se, sine rebus quibus inest, existere nequeat, ac primò generibus multis insit, eius certè nec appellatio nec definitio apud Physicum

Physicum uniuoca esse potest. Motus namq; pro-  
ut eum Physicus considerat, in tot generibus sit ne-  
cessere est, secundum quod ipsum per se rebus inesse  
cernimus. Quare si motus secundum substantiam,  
quantitatem, qualitatem ac locum rebus inest: neq;  
ullum est genus superius cui primò insit, sed hæc  
sunt summa rerū genera: in his certè omnibus quin  
motus primò insit, negare nemo poterit. Est er-  
go definitio motus æquiuoca, quam hoc loco tradā:  
nec à Physico definiri ita poterit motus, ut non ra-  
tio eius protinus in diuersa genera distrahabatur.  
quod etiā omnes definitionis particulæ ostendunt.  
Actus enim ( quæ uox generis loço ponitur ) ens, i-  
tem potentia ( quæ, accedunt differentiæ fungentes  
munere, ac definitionem complent ) primò multis  
generibus insunt. Nec tamen omnino æquiuoca  
hæc definitio censenda est: alioqui enim quis usus e-  
ius esset: sed ex eorum numero que secundum ra-  
tionem prioris posteriorisq; rebus competūt, ac in-  
ter se analogiam quandam habent. Hæc omittere  
commode hoc loco non potui, quod definitioni re-  
cte intelligend.e nō paruum adferant momentum,  
quam nunc subijcam.

### Quid est motus? <sup>q. 1. 2</sup>

Est actus rei existentis in potentia, quatenus in  
potentia est. Hoc est: Est perfectio, non eius quod  
perfectum est ( talis enim perfectio est quies, seu

Motus hic accipitur generaliter, ac si conueniat multa <sup>habitus</sup>)  
longi. Nam licet in genere: re corpori: re motu vel loco, vel tempore  
est aliquem formam secundum quoniam temporis, vel loci, secundum quoniam  
actus pro loco, secundum quoniam vel tempore, quæ ipsa sunt tales r' prior  
vel loca secundum ad genere, quoniam tempore: in se prorsus  
Motus nullum habet nisi in tempore, sicut tempus in successione

Motus. Unus est contraria in continenti pergitur. Continens est nis, quo  
in continente a contraria ita non possit quod sufficiuntur in morbum. Per  
in gemitus est morte accipitur. In peribambas sumuntur ab uteris leviori  
in gemitus.

## EPI TOME.

63 *Liber quaeque genere*

habitus) sed eius quod imperfectum est, perfecta  
men potest: et ratione qua imperfectum est. De-  
finitionem hanc obscuram esse, quidam calumnian-  
tur, quum tamen sit planissima: atq; hoc, exemplo,  
ut p<sup>r</sup>ero, facile intelligitur. *Aqua quae est frigida,* N.B.  
*duvaxiū hanc habet, ut possit calefieri: et qua-*  
*tione habet duvaxiū, cādem est imperfecta.* Hec  
duvaxiū quando sua propria cīteλεχεία perfici-  
tur, hoc est, cum id quod calefieri potest, re ipsa iā  
calefit, *calefactio id dicitur: quae motus est, et cīte-*  
*λεχεία imperfecta,* media inter duas perfectas: hoc  
est, inter frigiditatem, à qua incipit, et caliditatem,  
in quam definit motus. Atq; ad hunc modū omnes  
species motus sunt definiendae. Ut θορυαῖος est  
cīteλεχεία τε θορυαν τε ἡ θορυαντόν.

## Inter quæ consistit motus?

Motus (ut suprà quoq; dictum fuit) inter duo  
consistit, vel relatione duorum inter se habituum  
oboritur: quorum unus Agens dicitur, et motio-  
nem alteri ad fert: alter Patiens vocatur, qui mo-  
tionem aliunde sibi illatam sustinet, atque in se re-  
cipit.

*Motus inter du-*  
*o*  
*Agens*  
*Patiens*

## Quotuplicia sunt agentia?

Agentia seu mouentia duplia sunt. Quædam Agentia duplia  
enim naturalia sunt, quædam uero non. Ceterum  
quod patientia eodem modo non distinguuntur,  
Motuum alius est in partem, aliis su causa  
alios, aliis successiū.

causa hæc fuerit, quòd paſſio ſine materia conſiſtere nulla queat: quæ quum rerum naturaliū propria ſit, eisq; ſolis inhæreat, rectiſſimè paſſionē hætantum ſuſtinere cenſentur: nec ullis rebus paſſio propriè tribuitur, quæ naturales non ſint.

Quę uerò diſcrepanția eſt agentium naturalium, ab ijs quæ naturali modo agere non dicuntur?

Hæc eſt, quòd agentium naturaliū in motu hoc proprium eſt ex peculiare, ut mouendo, ab ijs que mouent uiciſſim aliquid patiantur. Ea uerò quæ naturaliter non mouentur, excitando motiones nihil uiciſſim patiuntur huiusmodi ſunt, quæ à philoſophis ponuntur cœleſtium orbium motrices intelligentie. Quinetiam cœleſte corpus motu ſuo hæc inferiora afficit, à quibus tamen uiciſſim nihil ipſum patitur.

Quę uerò cauſa eſt, quòd agentia naturalia ſine quadam repaſſione non agunt?

Hæc eſt, quòd hæc res ex materia formaq; compositæ, actus et facultatis ſunt particeps. quatenus itaque actu ſunt prædictæ, eatenus agendo in aliud quiddam cum tranferunt: qua uerò potentiam ad acquirendum habitum contrarium obtinent, eatenus patiendo quiddam in ſe recipiunt. Quare eandem rem eadem momento temporis agere et pati, abſur-

absurdum dictu non est, sicut alias contraria in eodem subiecto subsistere posse recte negemus. Diversis namque respectibus, et rationibus non eisdem, res naturales simul agunt et patiuntur. Aqua enim calida actu, rem frigidam sese attingentem calefacit: obtinens uero facultatem eam qua possit frigesceri, ab eadem re quam calefacit, frigus in se recipit. atque haec dicere nulla prohibet absurditas, ut scilicet una eademque res eodem punto temporis ratione actus agat, ratione uero potentiae patiatur.

Quot sunt species motus?

Species motus uulgo numerantur sex: Generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, et secundum locum mutatio.

Quis est ordo harum specierum inter se?

Non uno modo, nec ratione eadem species haenumerari solent: quod et in alijs rebus interdum usuuenire cernimus, ut quod natura ac perfectione prius sit, generatione posterius existat. Ratione itaque generationis sic numerantur motus species: alteratio, generatio, cui contraria additur corruptio, augmentatio, et quae ei opposita est diminutio, motus in loco. Ratione uero qua motus alium dignitate ac naturae perfectione antecedit, hoc ordine recensentur: Motus in loco, augmentatio, diminutio, alteratio, generatio, corruptio.

Quo-

Quoniam uero supra dictum est, motum inter duo existere, quorum unum agens dicatur, a quo excitetur: alterum patiens, in quo recipiatur: erit ne utriusque mouentis scilicet & motae rei, unus motus?

Vnus est motus, qui interuenit inter utrumque. motus enim, ut supra dictum fuit, relatione duorum inter se habituum oboritur. Relationum uero extrema, licet eadem non sint, una tamen aliqua specie inter se deuinciuntur. inter patrem namq; et filium, una eademq; intercedit relatio, que utrumq; inter se deuincit et copulat.

Quomodo uero unus utriusq; motus erit, cum ipsa inter se diuersa sint, adeoque agentis actio, patientis uero passio dicatur esse?

*Motus unus idemq;  
Sub uno, ratio  
in diuersis*

Motus quidem ipse unus idemq; existit subiecto: rationes tamen obtinet diuersas, propter quas ipsum multiplicari necesse non est. Hoc enim multis quoque in rebus alijs locum habet. Inter binarium namque et quaternarium numerum unum idemque interuallum interuenit: quod tamen rationibus diuersis, non eadem quoque sortitur nomina. Si enim compares binarium ad quaternarium, proportio erit subdupla: si uero quaternarium ad binarium, duplum interuallum istud nuncupatur:

*Motus subiectus uel in his iuxta mobilis  
Inclusus uel effectus in motu*

Quicunque principio motus in se ipso non sit. Quicunque secundum naturam  
genitalem per motum tangere causam proficiens: Propter naturam  
genitalem quicunque per motum sed principium

## E P I T O M E. 67

bitur: quemadmodum etiam idem est iter Athenis  
Thebas, quod est Thebis Athenas. Sic etiam motus  
unus idemque est, qui ab agente proficiens, in pati-  
ente recipitur. Proficiens etiam tamquam ab agente actio  
nem nomino: eidem uero quatenus in paciente reci-  
pitur, passionis appellationem tribuo.

Num itaque agenti patientique ex  
a quo conuenit definitio su-  
perius tradita?

Si definitio paulo diligentius inspiciatur, facile  
intelligitur, patientem presentim quadrare. il-  
lud enim est ens in potentia: agens uero, quatenus  
agit, ens est actu existens, quem suum actum in pa-  
gens inducit.

Est ne disputatio de infinito propria  
Physici, an uero potius in alia sci- Cap: 4  
entia de eo pertractatur?

Propria haec est, ex peculiaris Physici, de infi-  
nitio disputatio. Nam cum uniuersa eius scientia cir-  
ca ea uersetur que magnitudine praedita sunt, mo-  
tionibus obnoxia, ac temporibus definita: magni-  
tudini uero, motioni ac tempori finitio infinitioque;  
primò ac per se insit, reliquis uero posterius tan-  
tum, ex causa istorum: quis non uidet, de infinito  
disputationem rectissime sibi uendicare Physicum;  
sueque professionis eam propriam iudicare? Ete-  
niam nec qualitas, nec substantia, nec aliorum gene-

*A signo*

rum quicquam, per se finitum infinitum uero potest dici: nisi quatenus uel magnitudinis, uel motus, uel temporis particeps est: quae, ut dixi, per se finita aut infinita sunt, ex Physice contemplationis propria.

Huc etiam accedit antiquorum consensus philosophorum: quorum nullus est, qui modò scitu dignum aliquid in Philosophiae naturalis studio memorie tradiderit, qui de infinito disputationem negligendam sibi duxerit. Eorum uero opiniones cum plereque falsae sint, ac rebus naturalibus non congruant, oportet hoc loco et prolixè refutantur ab Aristotele: cuius refutationis capita et argumenta, si qui volunt, ex Aristotele petant: mihi cōmemoranda non iudico. Sed uno aut altero argumento ostendendū,

*Infinitum actu & nullum in natura rerum, nullum existere: deinde, qualenam sit infinitum, quod in natura locum habeat, declarandum: et cuius ratione participes eius fiant res naturales.* Hoc uero ut commodius facere queam, et ut sequens disputatio fiat dilucidior, infiniti uocabulum distingendum est, eiusque significationes multiplices ostendenda, ne eius equiuocatio confusionem pariat, ac in errorem nos inducat.

Quotigitur sunt significationes uocabuli, Infiniti?

Quinq; sunt, uulgo note, ac quotidiano sermone tritae. nam ne uulgas quidem appellatione infiniti unam perpetuò rem designat. Quæ

Quæ est prima significatio?

Primò infinitum dicitur, quod transitionem nullam habet, cum aptum non sit ut diuisionem ullam in se admittat. Sic punctum infinitum est: quemadmodum etiā uocem inuisibilem appellamus, quod uideri nunquam posſit. Atq; hoc modo infinitioſis uocabulum priuatuum nō est, sed contradictoriū. nam habitum potentiamq; simul negamus.

Quæ est secunda?

Secundò infinitum dicitur, quod progressionem quidem habet, sed ad cuius finem peruenire nequā quam posſis. Atq; hoc pacto circulum infinitū appellare liceat, cū fine omni orbatus sit. Ac tale corpus in natura rerum subsistere ueteres statuebant Philosophi: quod consentaneūmne sit rationi, necne, deinceps uidendum erit. Similitudo tamen illa annuli rationem infiniti non planè explicat, sed tantum aliquo modo adumbrat: sicut solet Aristoteles in similitudinibus & exemplis non ualde esse accusatus. Nam in partibus annuli seu circuli est quidē infinita progresio, sed ita ut semper eadem partes repetantur. at in infinito, si quod sit, talis proges-  
sio infinita est, ut nūquam eadem partes denuo fint percurrēnde.

1638 by Cyp.

Quæ est tertia significatio

Infiniti?

Tertiò infinitum uocamus, quod fine quidem  
e 3 acter-

ac termino orbatum non est, sed ad quem ut peruenias fieri uix potest. qui modus oratoribus et poetis proprius est, et peculiaris. ut si dicat aliquis infiniti laboris fore, laudes omnes ac praeterea facinora Herculis recensere.

Quæ est quarta?

Quartò infinitū appellamus, quod ipsum quidem ex sui natura finem terminumq; habet: sed ad quem propter extrinsecus aliquod impedimentum peruenire nemo queat. sic maris profunditatem infinitum dicimus, cum nos ad eius finem pertingere nequeamus.

Quæ est quinta?

Quintò infinitum dicimus, cui semper potest fieri accessio: uel à quo subtrahentibus semper aliiquid, finis nullus occurrit: uel, ut disertius quod uolo exprimam, cum actus potentiam sibi adiunctam semper in progressu retinet: cuiusmodi in tempore et rerum generationibus infinitas statuitur. Atq; hæc est quæ in rebus naturalibus locū habet, de qua paulo inferius copiosius dicendum erit. nunc uero ostendamus oportet, nullum actu infinitum in rerum natura subsistere.

Quis erit scopus futuræ disputationis?

Hic erit. Primo, ut ostendamus certis et firmis rationibus, nullum confistere actu infinitum in rerum

rum natura: contra quām ueterum quorundam philosophorum fert opinio. Secundō: Quām uero non pauciora absurdā sequantur infinitū prorsum ē natura tollentes, quām ~~q̄~~ qui illud rationib. suis stabilire conati sunt: rationes constantes quærēdæ sunt, quibus infiniti cuiusdā à superiorē diuersi participem esse naturam ostendamus.

Primū ergo demonstra, nullum  
esse actu infinitum in rerum  
natura.

Pluribus argumentis ad hoc ostendēdum utitur Aristoteles, quæ prolixum nimis & tædiosum fōret omnia recensere. Adferam tantum ea quæ p̄cipua uidebuntur esse, ex cognitu nō ita difficultia: eorumq; membra quām nudissimè proponere canabor, ut cognoscere ea uolentibus conficua magis sint, & ob oculos posita.

### Primum argumentum.

Omne corpus finitum planicie extrema ipsum circūdāte: quod definitio eius declarat. Quod uero aliunde finitum, infinitū non est. Quare corpus ali quod esse infinitum, ratione nulla potest asseri.

### Secundum.

Omnis numerus potest numerari. At quod certo aliquo numero comprehēdi definiriq; potest, in infinitum non est. Quocirca nec numerum aliquem infinitum existere posse, hac ratione intelligitur.

Atq; hæc duo logica sunt & communia argumen-  
ta, nec huius instituti adeò propria, ut in alia scien-  
tia eorum usus esse nullus queat. Nunc adferamus  
physica, quæ sumuntur à proprietatibus corporis  
naturalis.

### Argumenta physica.

Si statuatur esse corpus aliquod in natura re-  
rum, termuni ac finis omnis expers, illud aut erit  
simplex, aut compositum. Si itaque probatum fue-  
rit, nec simplex corpus, nec ex alijs compositum &  
conflatum, infinitum posse existere: constabit, nul-  
lum omnino esse infinitum. Compositum ergo cor-  
pus infinitum nullum potest existere. Nam si sit  
compositum, elementa ea ex quibus componitur,  
aut erunt numero finita, aut infinita. Porrò par-  
tem hanc diuisionis, qua infinitum ita describitur,  
ut sit compositum ex partibus numero infinitis,  
hoc loco missam facio: paulo pòst sedulò ostensu-  
rus, hanc quoq; falsam & absurdam esse. nunc de-  
mōstrandum est, nullum posse existere infinitum,  
quod ex elementis numero definitis sit compositū.  
Etenim si statuatur tale corpus, elementa illa ex  
quibus componitur, aut erunt omnia magnitudi-  
ne definita, aut omnia erunt magnitudine infini-  
ta: aut unū ex his infinitū erit, reliqua finita. Si di-  
cas partes omnes, ut numero, ita magnitudine quo-  
que finitas esse, infinitum certè corpus illud nō erit.  
nam

nam cuius partes omnes finitæ hoc pacto sunt, ipsum infinitum qui esset? Nec omnia potes dicere infinita. unum enim sua dimensione in partes omnes loci extenditur, ita ut reliquis locus nullus relinquatur. Restat tertia ratio, qua dicitur infinitum esse compositum ex partibus eiusmodi, quarum una sit infinita, reliquæ finitæ: sed ex hoc absurdum est. Nam cum elementa ista sint contraria, & ob id inter ea mutua actio passioq; existat, unum certè infinitum, reliqua ui ex efficacitate sua abolebit. Contraria uero esse, motus eorum ad diuersa loca declarat. Constat ergo his rationibus, nullum esse infinitum compositum ex partib. numero finitis, quocumque tandem modo compositio ista describatur. De reliquis, quæ supersunt, partibus diuisionis, deinceps uidendum erit. His argumentis compulsi quidam, præter quatuor uulgò nota elementa, quintū corpus commenti sunt, igne quidem spissius, aere uero rarius. Sed tale corpus nec esse, nec, si sit, infinitum esse poterit. Nam qua ratione probare possum, ac rem infinitum nō esse: eadem ratione infinitas quoque quinti corporis destruitur. Nullum uero prorsus esse tale corpus, quale illi commenti sunt, hinc liquet. Nam si ex eo generantur omnia, in idipsum quoq; reuertuntur omnia. Ergo si quatuor clementa ex quinto nascuntur corpore, idipsum ex his quoque renascetur. Sed simplex nullum aliud apparet,

c 5      nec

nec sentitur uspiam. Quare corpus tale in natura  
rerum non est, quale isti fingunt. Nullum uero corpus naturale esse infinitum, hac ratione demonstrari potest. Necesse enim est, omne corpus naturale esse alicubi: nec fieri potest ut ullum corpus naturale immobile existat. Certis uero & definitis locorū interuallis mouentur corpora naturalia. sursum enim erūpunt leuia, grauia deorsum feruntur, atq; in suo quodq; corpus loco conseruatur. Eundē porro motum partis esse, qui sit totius, omnium consensu statuitur. Si itaq; corpus aliquod eadem præditū specie, infinitum esse afferatur, quod sit ( uerbi gratia ) terra: aut erit omnino immobile ( nō enim habebit quò se potius transferat, cum in infinito nec sursum nec deorsum, nec differētia loci illa alia ostendi posſit ) aut si omnino moueri illud censeas, perpetuō ciebitur. quare enim hic potius quam alibi quiescat, ratio nulla erit, cū locus definitus māſio nis nullus sit. Quare si quiescet, ubiq; quiescet. Quæ omnia cum sint absurdissima, corpus aliquod infinitum esse statuendum nō est. At uero si corpus illud infinitum, ex aliquam multis corporib. certo numero definitis compositū dicas, corpora illa diuersis locis continebuntur, cū diuersitate formarū sequatur diuersitas quoq; locorū. Nō erit itaq; hoc corpus unū continuū, sed contactu tantum unū efficit. Hoc uero quo minus infinitū esse posſit, ratios

nes superius adductæ obstant. siue enim finita omnia dicas, siue infinita: siue unū finitum, reliqua infinita: absurditatem effugere non poteris. Restat ultima diuisionis suprà traditæ pars, qua infinitū ita describitur ut sit cōpositum ex corporib. diuersarum specierū numero infinitis: quæ quoniā simplicia sunt, loca quoq; infinita obtinebunt, eruntq; rerum omnīū elementa. Ergo quæ ex his nascuntur res naturales, infinite quoq; erunt: quod longè est absurdissimū. res enim naturales locis suis circumscriptas finiri, nemo ambigit qui modò sensus iudicium aspernandum non esse ducat, nec plura esse infinita quam unū, omnes concedunt, quū unita omnia occupet. Erunt itaq; elementa rerum numero finita: quare & loca, cū sine corpore locus nullus esse queat. quapropter corpora quoq; finita erunt: nam locus, corporis est finis. His ergo quibus hactenus usi sumus argumentis, multisq; alijs liquidò apparet, infinitum in natura rerum nullum subsistere, quod quidem actu tale dicatur esse.

Nullum igitur omnino in natura  
rerum est infinitum?

Nequaquam, prorsus nullum est.

Quæ huius rei causa est?

Quia multa inde sequentur, quæ manifestò sunt absurdissima.

Quæ

Hæc in primis, quòd tempus sine aliquo & termino desitum esse statuendum foret: item, generationes rerum infinitas non esse, que quanquam absurdâ sunt Aristoteli, nobis tamen, diuinitus reuelatis oraculis potius quam rationi nostræ nitentibus, utraq; hæc interitura quandoq; certū est. Sed nec magnitudines in magnitudines diuidetur alias, si nullum sit infinitum: nec numerus in infinitum coaceruari poterit. multaq; alia infinitum prorsum tollentibus affirmanda erunt, quæ impossibilia esse omnes uident: sed ea omnia recensere, nimis foret prolixum.

Atqui antea uidebaris mihi probasse,  
infinito in natura locum non esse,

Quicquid uspiam est, aut actu, aut facultate dicitur esse. Quare cum firmis rationibus demonstratum sit, actu infinitum nō esse, nec posse tamen omnino tolli: sequitur, ut alter modus, quo facultate res dicuntur esse, infinito tribuendus sit.

Sed quæ facultate sunt, illa ita se habent, ut possint aliquando facultate deposita actu existere. quo circa si infinitum facultate esse dixeris, an non eadem ratione actu quoque infinitum statuis? quod tamen antea, ut impossibile, explodebas.

Non eo modo facultate aliquid infinitum dico esse, quo truncum statuam: qui quum nondum sit statua,

statua, artificis tamen opera eam formam potest induere, quam prius facultate tantum obtinebat.

Hac sane facultate infinitum non existit: sed est alia quædam facultas, cum actu perpetuò connexa, ac ueluti uertice iuncta: quæ in motu etiam, ut ex superioribus intelligi potest, locum habet: & in omnibus ijs quæ non tam quòd sint, quam quòd perpetuò fiant, dicuntur esse. quemadmodum Olympica certamina esse, non tantum quòd iam celebrentur, aut celebrata sint, sed etiam quòd uertente quinquennio celebrari rursum queant: & diem aliquem festum esse dicimus, quòd singulis annis reuertatur. atq; in huiusmodi rebus præsens actus semper gratus est futuri.

Est ne infinitum aliiquid per se?

Infinitum non est aliiquid per se subsistens, sed perpetuò inhæret: quod sollicitè & accurate probat Aristoteles, quæ tamen argumenta breuitatis causa omitto.

Quibus igitur rebus inhæret?

His tribus: magnitudini, generationi rerum, & tempori. quæ alibi ab Aristotele demonstrantur.

Quomodo intelligitur infinitum?

Diuisione ac partibus, quarum sumendo unam post aliam, ad finem nunquam peruenitur. Cum itaq; partes infinitæ perfectæ & absolute nunquā sint,

Alio potencia in  
actu perpetuū  
connexa

sint, ac omnino potentia perpetuò adiuncta infinito sit: cognitionem eius, materie cognitioni nō dissimilem esse apparet, primæ scilicet, ac eiusmodi qua infinitum per se non explicetur, sed tantum ratione formæ ac finis.

Cum autem infinitum (ut suprà dictum fuit) magnitudini, generationi rerum ac temporis insit: nullā ne discrepantia est horum infinitorum?

Est sanè differentia harum partium non obscura. quætitatis enim seu magnitudinis partes permanent, ac stabiles sunt: lineam enim si diuidas, partes eius non intereunt: res uero quæ nascuntur in tempore, hoc est partes infinite generationis, senescunt quoq; ex intereunt: temporis porro partes momentaneæ sunt, ac perpetuò flunt, nec ullam earum posteris ostendere quæ permaneat.

Cuiusmodi autem est ea diuisio in quantitate, quæ terminum nullum admittit, sed infinite pergere ea nobis licet?

Diuisio ea debet fieri in partes, quæ sint eiusdem proportionis, non autem quantitatis eiusdem: alioqui enim ad finem tandem peruenies, absoluta diuisione. Nain iuxta decempeda, post decem pedum ablationem,

*In finitem enim potest et quid animabile in proprio loco, sibi resuere. Et si quisque de finiture Nullum addidicere, ut diuisione. Diuisione in eis qualitas gloria. Addidicere in numero: propter id quod laus magna. Aproposito non exigitur numero quo tu possit exigitur in eorum addita sola unitate.*

Nullum 'ne aliud est  
infinitum?

Est etiam infinitum magnitudini inhærens ratione compositionis, sed non cuiusvis. Non enim, quemadmodum diuidenda quantitate continua, minimum non occurrit: ita componendo eandem, & addendo semper aliquid, ad maximum nullum peruenies. Nam quælibet res certam & à natura definitam quantitatem habet, qua maior existere nequeat: neque enim homo montis instar erit, nec musca magnitudine elephantum aequalabit, unquam. Compositione igitur magnitudinis, si infinita haberri debeat, eiusmodi esse oportet, quæ diuisioni infinitæ ex altera parte respondeat, & ex ea perueniat ac resultet. Quemadmodum enim à priore linea (exempli gratia) infinitas partes secas, ita posteriori infinitè easdem adiungis: nec alia est compositionis infinitas.

Est' ne infinitum aliquod  
in numero?

Est, sed hoc ex illo diuisionis infinito resultat et nascitur: atq; ita se habet, ut quemadmodum diuisione continuæ quantitatis ad finem nullum uenire licet, ita compositione discretæ quantitatis, ac additione unitatum finis nullus occurrit: estq; hoc numerorum infinitum priori magnitudinis infinito quasi oppositum, & ex altera parte respondens. Sed de infinito hactenus.

Libri

PHILOS. NATVRALIS  
LIBRI QVARTI  
Epitome.

P R A E F A T I O N .

*Res naturales sive  
simplices non sunt*

**Q**uoniam res naturales simplices non sunt, sed initij quibusdam coaliuisse eas constat: que nam earundem principia essent, inuestigandū initio fuit. Sunt uero hæc duo: materia scilicet et forma. Duæ quoq; sunt externæ cause, quibus hæres mouentur; finis ex efficiens de quibus omnibus primo et secundo libris dictum satis reor. Rursum sunt proprietates naturalium rerum internæ duæ, quæ actu et facultate simul iunctis describuntur: motus nimirum, et infinitum: quarum explicatio proximo præcedente libro est absoluta. Supersunt adhuc duo, quibus extrinsecus circumscriptæ res naturales continentur: locus et tempus. Quemadmodum enim ambitu suo locus claudit corpora: ita tempus motionem finit ac metitur. De his itaq; duabus proprietatibus ut dicamus aliquid, Methodus requirere uidetur: quæ et esse, et quid sint, et quæ eorum proprietates, aut quæ cause illorum rebus insint naturalibus, deinceps ostendendum erit. Initio uero de loco disputationem instituamus. sine loco enim capax motionis nulla res est naturalis, sine motu uero tempus intelligi nequit. De inani uero cur hoc loco dicendum quoque sit, superius est ostensum.

DE

E P I T O M E.  
DE L O C O. Cap. I.  
Est'ne locus?

81

Est.

Quibus id probatur argu-  
mentis?

Locum esse aliquid, nec inane nomen ipsius cui  
rei nihil subfit, à concretis, ut vocat Dialectici, hoc  
est, ijs quæ loco continentur, demonstratur. Ita e-  
nī uulgò ferè iudicare solemus: quicquid sit, illud  
alicubi, hoc est, in loco quodam positum esse: cum  
id quod nō sit, nullibi esse queat. Quocirca si in lo-  
co esse rebus quibusdam competit, locum aliquid es-  
se necessariò statuitur. Alterum argumentum à mo-  
tu naturalium rerum desuntur: quorum per se iſ-  
simus ex præstantissimis natura dignitateq; is est,  
quo huc illuc corpora cieri uidemus: qui cum sine  
loco nullus esse queat, rectè ex eorum quæ sunt nu-  
mero locum non excludimus.

Secondum Argum

Cū ergo locus sit aliquid, hæret ne in  
re naturali, quemadmodum calor aut co-  
lor, an uero exterius ipsam circum-  
plectitur?

Locum rei naturali non inhærere, sed esse ex-  
ternum quoddam accidens, tralationes corporum  
ostendunt: ubi enim aqua modo erat, ea effusa, ue-  
lut ex vase quodam, aer recipitur ibidem. Locus igi-  
tur cum maneat, mutatis corporibus, ab ipsis diuer-  
sum quiddam cum esse constat.

f Quid

**Quid igitur tandem est  
locus?**

*Vt ad definitionem commodius accedere quæamus: diuisio (quod & alias sæpenumero fieri consuevit) præmitenda est.*

**Quænam ea est?**

Quae et in reliquis rebus omnibus locum habet:  
ut uidelicet quedam per se, quedam uero ratione  
alterius ex per accidens esse dicuntur. Sic locorum  
etiam quidam per se ita dicitur, ex proprius uo-  
catur: quiddam uero secundum aliud, ex communis  
habetur.

## Cap. 2

## **Quid est locus proprius?**

In quo subsistit aliquid primò, & per se rem locatam continet.

## Quid est locus communis?

In quo multa reposita sunt corpora, quæ primò  
et per se non continent.

**Quo exemplo** *discrepantia hæc locorum declaratur?*

In cœlo constitutum aliquem dicimus, quia sit in  
aere: in aere uero, quia in terra commoratur: po-  
strem in terra, quia in isto loco, in quo præter u-  
nū illum, aliud nihil cōtinetur. Quocirca cœlum in  
hoc exemplo cōmunis dicatur locus: quod uero solū  
hunc hominē continet, proprius locus esse censea-  
tur, de quo præcipue nobis instituta est disputatio.

*Cap. 3. Octo moles tr. ruforatus in aliis pl. h. ex. 10. Et locum  
In lento perit latere, spinis, gommo, et ceteris igni. Quorum  
Primum nigrum, rursus in lato loco exposito.  
Hunc per rufum in foro suo fangulicem vel subrumpit per ipsum  
Et rufum per rumpit. Locutus est alius. Haec omnes at  
quoniam Octo sua malitia habet si non et haec ipsorum et ruforum  
Et rufus moles tr. ciliatus esse in loco. Ex eorum perspicuum primum  
Eius comparsus insperatum finitur eo cum longiora*

Definitio quæ sit et ab operatione in hoc genere Anglis in Acti family  
Replata in loco vel locis deus. Ei debet certe, certa pater te deo

## EPITOME.

83

### Quorsum diuisio hæc loco- rum conduceat?

Conducit ad intelligendas quasdam proprietates  
loci, ex quib. deinde facile definitionem ipsam per-  
uestigare nobis licebit.

Quæ nam sunt istæ? Cap. 4

Sunt præcipue quatuor numero:

Quæ est prima?

Locum proprium immediate, ac secundum se,  
nec cuiusquam alterius rei causa, rem locatam con-  
tinere.

Quæ est secunda?

Quod locus non sit pars rei, quemadmodum *Locus in locis propriis*  
materia et forma. locum enim res locatae deseruit: *Locus non est locus*  
materia uero sua, aut forma, nulla carere potest res *sed materia et forma*  
naturalis. *Locus non est pars res et forma*

Quæ est tertia?

Quod locus re locata nec maior, nec minor sit,  
sed equalis: quoniam eam extrinsecus attingit. que  
uero ita se habent, eorum extrema simul sunt, et e-  
andem dimensionem habent.

Quæ est quarta?

Quarta proprietas loci est, quod sit immobilis. *Locus quies*  
Nam si mobilis esset, corpus ejus naturale: nam *immobilis*  
præter naturalia corpora nihil mouetur hæc enim  
tantum natura prædicta sunt, que principium mo-  
menti locis locis est, immobilitate loci *tus esse*  
Si uero locis hec locis positiones differentes  
sunt in fratre, contra retro, propterea et simili-  
uero possum intelligatur. Et locis corporis granul-  
atis locis. Hoc certe locis corporis natura, recte  
sunt opere, recte formam, nisi ratione natura  
Si prius uero ergo corporis naturalem et personam loci  
natura formam in recte quæstione et confirmatione natura est

tus esse statuitur. Quare si locus esset mobilis, per se quoq; loco includeretur: quod affirmare perquam est absurdum: enīq; enim loco aliis assignandus es- set locus, quæ res finis inueniret nunquam.

**Quid est locus?**

Locus est superficies corporis continentis, im- mobilis primo.

**Quare locus dicitur su- perficies?**

Superficies dicitur corporis continentis, nec ip- sum corpus continens: ne locum re locata maiorem esse, afferendum nobis sit. Superficies enim, quæ pri- mo continent, æqualis est contenti corporis extre- mæ superficii.

**Quare corporis continentis superficies dicitur?**

Due sunt superficies, quæ unumquodq; corpus (excepto extremo cœlo) claudunt & ambiunt: al- tera quidem ipsius contenti corporis, altera uero extrinsecus continentis corporis. Prior quidem illa locus dici nequit, cū sit continuata ei corpori quod ab ipsa circumscribitur, ac proinde pars ipsius, aut certè accidens inseparabile: locum uero non partem contenti corporis esse iudicamus, sed ex- ternum quidam, ex ipsum proxime attingens: quod certè nihil aliud esse potest, quam altera illa continentis corporis superficies, i quæ nec maior nec

nec minor est contento corpore, nec pars eius, sed locato corpore separabilis.

Quare dicitur immobilis?

Ne loci locū alium esse, statuere cogamur: quod per absurdum est. quia de re paulo superius quoque dictum aliquid fuisse recordor.

Quare dicitur primò im-  
mobilis?

Si locus primò mobilis esset, loci locum esse con-  
cedere cogeremur. Cæterum secundario quasi loco  
mobilem ipsum esse nihil prohibet, non scilicet per  
se, sed quatenus corpus illud continens (cui uelut, c.  
accidens quoddam iuheret) mouetur, mobilem lo-  
cum esse dico: quemadmodum etiam albedinem mo-  
ueri dico, non primò, sed quatenus subiectū illi cor-  
pus mouetur. ita enim locus nō erit in alio, ut in lo-  
co, sed ut pars in toto, aut accidens in subiecto.

Est' ne hæc loci definitio bona?

Est. cuius argumentum illud est potissimum,  
quod ea quæ de loco nota sunt populariter, quo-  
rum quatuor suprà recensui, illi definitioni, quam  
nos modò tradidimus, non repugnant: inò per om-  
nia consentanea sunt. quamcunque uero aliā attu-  
leris loci descriptionem, effugere haud poteris,  
quim popularibus noticijs repugnantia  
quædam pro ueris haben-

da tibi sint.

Tis res sensibilis ipse in loco expositi est Deus ei representans  
immobilis. Cum autem Deus ipse ubiq; nullum gen-  
serum fieri videntur, polson non in præpositione

**Quot modis in loco aliquid  
esse dicitur?**

Duobus: per se scilicet, & per accidens. qua pa-  
cto etiam ea quæ mouentur in loco, distinguuntur.  
**Quotuplicia** sunt ea quæ secundum ac-  
cidens & esse & moueri in loco  
dicuntur?

**Duplicia:** nam quædam talia sunt, ut etiam si se-  
cundum accidens in loco sint & moueantur, per se  
tamen moueri etiam possint: quemadmodum mem-  
bra corporis à toto auulsa. Alia sunt, quæ sepa-  
tim moueri, aut in loco esse nunquam possunt: sed  
tantum motis ijs quibus insunt, moueri dicuntur:  
quemadmodum sunt accidentia omnia, quæ sepa-  
tim existere nequaquam possunt.

**Quid igitur in loco esse  
dicitur?**

Id omne corpus in loco esse dicitur, quod extrin-  
secus alio quopiam continetur. Quare id in loco es-  
se nequit, extra quod nihil est.

**Quibus id exemplis declaratur?**

Terra in loco esse dicitur, quia ab aqua contine-  
tur, quam rursus acr proximè attingens circumscri-  
bit: aer uero in igne tanquam loco suo repositus di-  
citur: ignem uero cœlum lunæ ambiens locat. ac ita  
deinceps ad ultimum usq; cœlum ascendendo, sem-  
per superior sphæra locus est inferioris.

Vlti-

Vltimum uero cœlum quo  
clauditur?

Non clauditur ullo extrinsecus ipsum ambicente  
corpo. quum enim reliquis adiunctum sphæris  
totum atq; uniuersum cōstituat, facile cernitur, ex-  
tra ipsum nihil esse posse, cum uniuersi complexu-  
omnia contineantur.

Ergo, ne in loco quidem erit ulti-  
mum cœlum?

Non est in loco: siquidem locus nihil aliud sit,  
quam superficies continentis corporis: ultimum ue-  
rò cœlum à nullo claudatur corpore.

Sed quo tandem pæsto mouebitur, in lo-  
co nullo existens: cum tamen necesse  
sit, ut secundum aliquid moueatur?

Quemadmodum cœlum per se non mouetur, ita  
nec in loco per se existere ipsum necesse est.

An' non mouetur cœlum per se?

Nequaquam. nam per se quæ mouentur, priori <sup>per se mouentibus</sup>  
bus locis desertis in alia transferuntur: cum uero  
cœlestia corpora eodem in loco perpetuò subsiste-  
re uideamus, per se illa moueri, affirmare haud no-  
bis licet.

Quomodo igitur mouentur cœle-  
stia corpora?

Totum quidem cœlum eundem locum semper  
obtinet: quare ea ratione immobile ipsum esse cen-  
f 4 sendum.

*Caelum de mobil  
natione secundum  
secondario loco*

sendum. Partes uero cœli alia subinde occupant loca: sol enim iam in oriente existens, mox erit in meridie, nec longè post in occidentem motu suo se træferet, cum interim tamen tota eius sphæra suos polos ex axes deferat nunquam: quapropter cœlum  
per se ex primò non dicitur mobile, sed partium suarum causa, ex uelut secundario loco, quod quidem in motionibus circularibus omnibus usum est.

*Motum ambiens  
in loco non p[er] se sed  
ratione secundario loco*

Quo pacto cœlum moueatur, intelligere iam mihi videor: sed cuius ratione in loco sit, nondum satis assequor.

*Terra mouetur  
in loco p[er] se*

Partem sphæræ esse centrum seu medium, nemo ambigit: nec non ex illud in confessu est, medium mundi in loco per se esse: quare circumferentia quoque, seu extrellum, medium ambiens, in loco erit, non quidem per se, sed centri sui gratia, et per accidentem: quemadmodum alias quoque ex uulgo toti tribuere aliquid solemus causa partis. Terra itaque ex est et mouetur in loco per se: cœlum uero per accidentem. Nam interrogati, Vbi sit cœlum, non possumus respondere in quo sit uel contineatur. quem admodum interrogatus de Socrate, Vbi sit: respondeo, Athenis, aut in Lyceo. Sed de cœlo respondemus, circa terram ipsum esse: atque hoc est ciuius Vbi.

An uero

An uero corporis cœlestis perfectioni id non repugnat, cuius motus est omniū perfectissimus: qui autē per accidens sit motus, reliquis est posterior: cum omne accidens ex aliquo quod per se sit dependeat,  
& nexus sit?

Quòd cœlum per accidens in loco esse dicitur, imperfectionem motus eius non arguit. Nam ad motum quæcumque uocant, cuius cœlum quoque particeps est, locus per se non requiritur, qui quidem quieti magis quam motui uidetur esse idoneus. Res namq; naturales, ut naturæ suæ accommodum locum acquirant, mouentur: quo iam consecuto, quiescunt. Cœleste uero corpus, cum extra se aliud in quod motu suo deferatur non habeat, non ab id mouetur, ut alium quendam locum acquirat, aut quòd in loco sibi conueniente positum non sit: sed perfectio hæc eius est, ut circa immobile, hoc est medium mundi perpetuò uoluatur, ex incorporeo dependens principio. Quo circa nec loco quo contegatur indiget, nec propter quietem mouetur: ideoq; motus eius perpetuus ex sempiternus iure optimo statuitur, cum id naturæ eius perfectio requirat. Et de loco quidem hactenus, definitionem eius, qua quid esset ostenderetur, indagātes disseruimus. nūc uersa disputatione in contrariam partem, quid locus non sit inquiramus: eorum refellentes argumentat, qui mane quoddam spacium ex amplitudinem

scilicet numerum  
magnum est phys.  
na haec definivit  
similis definitione  
Infini, numeris  
velut non habent  
applicans

tribus dimensionibus patentem, corpore orbatum,  
pro loco definierunt: ut non tam nostra recte con-  
stituta gnauiter tueri, quam aliorum errores labe-  
factare & penitus destruere queamus.

## DE INANI.

Cap. I.

Cap. II.

**S**equitur de inani disputatio, quæ quo nomine  
hoc loco ab Aristotele introducta sit, modò est  
expositum: neq; fugere facilè quenquā potest, quid  
inanis uocabulo ueteres significare uoluerint Phi-  
losophi. His ergo, utpote superuacuis, omissis, pro-  
positam hic nobis disputationē ingrediamur. quā  
ut uia ex ratione prosequamur legitima, iniùo ea  
producamus argumenta, quibus moti nonnulli ua-  
cuum in rerum naturam introducere non dubita-  
runt. Deinde uero ea diluamus, friuola esse ostendentes,  
& quæ ad rem probandam nihil faciunt.

Quod est primum argu-  
mentum?

Primum argumentum desumitur à motu re-  
rum naturalium: quam nullam fore, sibi ostendere  
nonnulli uidentur, nisi uacuum quoque fuerit, in  
quo hæc perficiatur. Eius uerè argumenti hæc est  
explicatio.

Si aliquid mouetur, aut mouetur in pleno, aut  
in uacuo. Sed in pleno nihil potest moueri: Ergo ni-  
si fuerit uacuum, motus defendi non poterit.

In ple-

In pleno nihil moueri, ita probant:

Si aliquid mouetur in pleno, duo corpora erūt simul; atque suis dimensionibus se mutuo penetra-  
bunt: nimis id quod mouetur, et id in quo fit  
motus. Sed duo corpora simul esse non possunt:  
Nullus ergo motus est in pleno.

Huius argumenti subsumptum si quis uolet con-  
cedere, ad longè absurdiora eum deducunt. Nam in-  
quiunt: Si duo corpora possunt simul existere, quid  
prohibet, quo minus plura quoque occupare sese  
queant corpora? semel enim dimensionum penetra-  
tione admissa, ratio nulla dari potest ob quam duo  
corpora sese penetrant, et non etiā decem aut cen-  
tum aut millia. Quare fieri potest etiam, ut in mi-  
nimo corpore sit maximum. magnum enim, ex mul-  
tis paruis conflatum est corpus.

Secundum argumentum.

Spissescientia quoq; corpora uacuum esse ostendunt. quomodo enim contrahi possent corpora, nisi  
in illis inclusa laterent mania quædam spaciola, in  
quæ comprimeretur corpus spissescens?

Tertium argumentum.

Idem etiam confirmare uidetur incrementum  
corporeum, quod absq; uacuo nullum esse potest.  
Cum enim corpus maius sit, maiorem quoq; locum  
occupat. Quocirca nisi uacuum esset, uno crescen-  
te corpore, rotus cōtremisceret mundus: quod etiā  
in decre-

*in decremente corporum eueniret, Hæc cum à ratione ualde sint absonta, uacuum non sine grauibus causis in naturam introductum esse à quibusdam uideri alicui posset.*

**Quartum argumentum.**

*Incrementum nullū fieri potest, nisi recipiatur alimentum in eo corpore quod fit auctius. Ergo recipietur in uacua spacia: siquidem in pleno recipi non posse, suprà sit ostensum.*

**Quintum argumentum.**

*Hoc ipsum quoq; experimentis quibusdam probare conantur. Dicunt enim, si ex uase quodam uires uino impletantur, eos in idem uas coniectos amplius spaciū non occupare, quam antea uimum si ne utribus habuerit. Item uas cineribus impletum tantundem aquæ capere, quantum uacuum cinere. Hæc uero, dixi, cur ita accident, sine uacui assertione ratio excogitari nulla potest. Quare uacuum esse, sentiendum est. Atq; hæc ferè sunt argumenta, quibus uacui defensores nituntur: cōtra quæ deinceps disputando pugnabimus.*

**Quid igitur respondentum est ad primum argumentum.**

*Primo dicimus, introduci ab ipsis spaciū seu intercedentem à corporibus separatam, quam tamē defendere nullo modo queant, quod hoc syllogismo intelligi potest:*

**Nullum**

Nullum accidens separari potest:  
Sed inter capedo hæc quam ipsi introducunt, accidens est:

Ergo non potest à corporibus separari.

Secundò, motus in loco uacuum non requirit: neq; corpora sese mutuò penetrabūt, si sine uacuo moueri dicātur. Semper enim id quod tenuius est, spissiori cedet. quod adeò notum est, ut probatione nulla indigeat. Quare si lapis mouetur per aquā, ob id eam non penetrabit: nec duo corpora eodem spacijs intercallo arcebuntur: aquæ enim tenuitas lapidis spissitudini cedet. Imò vero etiam continuata corpora moueri uidemus non receptione sui in se mutuò, sed cessione partium: ut in uorticibus aquarum cernere licet. quod cū ita se habeat, quis adeò stupidus est, qui in separatis corporibus eandem locum habere, negare audeat?

Quomodo secundi argumenti absurditas diluitur?

Secundum argumentum contendit, nisi uacuum esset in corporibus inclusum, futurum ut nullū corpus raritate priore amissa cōdensetur, ac in arctius spaciūm contrahatur. Sed profectò rarefactionis et condensationis corporum naturalium longè alia causa est, quam isti opinati sunt: quam postquam sine uacui assertione cōmodè explicuerimus, perspicuerit, ne hac quidem ratione defendi ipsum posse.

Non

Non ergo inania ista spaciola corporibus inclusa, ut spissescientia corpora minorem quantitatē acquirant, in causa sunt: sed materia prima, de qua primo libro multa dicta sunt. quæ si huc cōtuleris, præsentem disputationem non mediocriter illustrabūt. Hæc namq; quemadmodum suapte natura formis omnibus orbata, omnini tamē capax est: ita quoque quantitatem certam ex definitam nullam habet, omnes tamē in se recipere uiciſſitudine sua potest: non tantum magnæ, sed paruæ quoq; quantitatē recipiendæ apta ex idonea. Quocirca quemadmodum materia prima aeris formam obtinens, mox ea abiecta, formam aquæ in se recipere potest: ita quoq; quantitate aeris, hoc est, ampliore loci interuallio amissio, aqueam, hoc est minorem occupat. Eadem quoque ratione tertium argumentum diluitur, quod ob incrementum corporeum uacuum introducit. neque enim timendum est, ne, quemadmodum Xuthus dicebat, crescente aut decrescente uno corpore, tota hæc mundi machina commoueat, nisi uacuum fuerit: hoc enim quo minus accidat, non uacuo, quod nullum est, sed materiæ primæ infinitione ad omnes quantitates cauetur.

Quartum argumentum quomodo diluendum est?

Quòd uero corpus crescere ex augeri nullum

con-

contendunt, nisi in eo sint inclusi uacui quidam meatus, in quibus alimentū (hoc est, id corpus, quo accedente, amplificatur moles & uastitas prioris corporis) recipiatur: friuolum planè est, nec uim ad probandum ullam habet. Recipitur enim alimentum non in uacua, ut ipsi putant, spacia; sed tenuiora corpora, que meatus internos opplicant, adueniente spissiore corpore (que natura similium est omnium tenuium), edit, eiq[ue] locum præbet.

Quocirca ne hac quidem in parte uacuo indiget natura, aut ab eo in augendis & amplificandis corporum magnitudinibus adiuuatur. Ceterum quo pacto augeantur corpora, præsentis disputationis non est latius exponere: sed ad tractationem de Generatione & corruptione quæstio hæc pertinet.

Quod uero de uase cimere impleto, & utribus, adferunt, magis est friuolum quam ut respon sionem mereatur. Cinis quidem certi, ualde rarum est & siccum corpus: quo fit, ut tantum aquæ combibat, ut uix cernere possis plus ne an minus aquæ capitiat uacuum, quam cinere plenū: atq[ue] ex his quæ dicta modo sunt, dilui cōmodè possunt. Quandoquidem igitur rationes & argumenta, quibus suffultum nitebatur uacuum, destructæ sunt: ipsum quoque destrunctum quis non uidet, & è natura rerum planè expulsum? Deinceps porrò ostendamus, non modo uacuo ad motum qui fit in loco,

in loco, opus non esse: sed ipso existente, moueri nihil omnino posse: cuius rei hoc ab Aristotele adseritur argumentum. Constat hoc, et omnibus in contraria natura confessum est, motus naturales celeritate tarditateq; inter se differre: cuius rei inter cæteras causas differētia mediorum corporum, per quæ sit motus, nō minima est. Quo enim tenuius quiddam est, et minus diuisioni resistens, eo quoq; celerius et tēporis mora breuiore mobile corpus transmittet: quo uero spissius, et à diuisione magis abhorrens, eo quoque tardius per ipsum corpus moueri constat. Constituamus itaq; unum mobile per duo media corpora moueri, quæ longitudine quidem, hoc est spacij intervallo inter se conueniant: differant uero ea ratio ne qua unum altero tenuius sit, uel spissius. Et mobile quidem illud sit, exempli causa, lapis, cuius nota sit A: qui moueatur primò per densius corpus, aquā, quam B litera designet: tempore G. Rursum idem lapis quem A nota nobis representat, moueatur per rarius medium, uerbi causa aerem, D litera designatum: qui quod ad interuallum spacij attinet, aquæ B sit æqualis: motus uero ille absoluatur tempore E. Dico ergo, inter duo tempora E et G, eandem fore proportionem, quæ est inter duo media B et D. ut si aqua duplo sit spissior aere, tēpus quoq; G duplo erit longius tempore E. Atq; ita in uniuersum, uerum hoc esse animaduertimus, ut quiuis

ut quiuis motus ad quemlibet habeat certam proportionem aliquā, quæ ex ratione & proportione mediorum inter se describatur: vacuum perrò seu inane spacium cum sit incorporum, nulla proportione corporeo medio ratione tenuitatis spissitudinis ue responderet. Vacuum enim & corpus ita se habent, ut forma & priuatio esse & non esse: inter quæ comparatio rationum nulla potest existere, quemadmodum nec inter numerum & nullum proportio existit ulla. Quæcunq; enim hoc modo inter se comparantur, illa ut in aliquo conuenient necesse est: & quæ diuersam planè a se inuicem naturam habent, ne cōparationem quidem ullam admittunt. Neq; enim linea cum superficie comparabitur ullo pacto. Quòd si vacuum spacium cū corporeo comparari non potest, ne motus quidcm qui fit per corporeum, ei qui in corporeo spacio perficitur, comparari poterit: nec tempus temporis. Infinitis enim modis celerior erit motus qui fit in uacuo, quam is qui in pleno perficitur corpore. Omnes uero motus naturales cōparari inter se possunt ratione celeritatis, tarditatisq;: at qui in tempore infinitis modis exilius est nihil, quam instans seu nūc.

Quocirca si quid in uacuo mouebitur, in instanti motus ille absoluetur, & cum alio motu cōparari nō poterit. Quæ cū longè omnium sint absurdissima, sequitur ut in inani moueri nihil queat: contra Prof. uacuo uolueret motus nein in vacuo in opere operari. Huiusmodius etiam enim qd. am. Et s. Janus cum uacuo oīc arguit / patet moueretur.

*Vacuum et corpus  
et forma et priua-  
tio*

*Si qd. mouebetur ni-  
nauo, in in. non  
motus, ne absoluetur*

quam assertores eius statuerunt, qui uacuum causam esse putarunt eius motus qui fit in loco. Optimo itaq; iure uacuum è natura his quidem argumētis expulsum esse iudicamus, quorū capita tantū recē sere breuiter uolui: plura qui desiderant, Aristotelem hoc loco consulere possunt. nos his iam omis̄s̄is, quae supersunt adhuc, breuiſſimè persequamur.

*Physici ē scīcē motū  
tempus cūlōr ē motus* DE TEMPORE. CAP. III.

*minūra. Ergo nām ad physici* *prostribil ī gnoſſom*

*tempus* *Agit de tempore* *gualōm ī pafſio*

*motus*

Est. Quod tamen uerum non esse, uideri forsan alicui queat. Etenim quod ex ijs componitur quæ non sunt, ipsum quō nam pacto esse aut subsistere potest? Tēporis porro partes censem̄tur: Præteritum, quod iamdudum abiit, & amplius non est: & futurum, quod nondum est. Quare tempus quoque, quod ex his componitur, in eorum quæ sunt numero reuera existere non uidetur. Præterea quicquid ex alijs compositum constructumq; est partibus, id si esse ullo modo dici debet, partes eius aut omnes, aut saltem aliquas existere oportet. Temporis uero partes nullæ sunt: nam preteritū abiit, & futurum nondum est. Quocirca tempus plane nihil esse, hac quoque ratione uideri alicui queat. Quod si uero N V N C aliquis proferat, atq; id reuera subsistere afferat, partem id temporis esse negabimus. Pars enim omnis metitur totum, & ex partibus totum componitur. N V N C uero ipsum nes-

sum nec metitur, nec componit tempus: quod ijs rationibus intelligitur, & argumentis, quibus Aristoteles in 6. Physicorum probat, ex inseparabilibus nihil componi. Quapropter N V N C pars temporis non est. Ceterum adhuc & his non dissimilia, quæ ad explodendum è natura rerum tempus adferri possunt, ita commodè responderi poterit, si dixerimus: temporis rationem motui (de quo inter tio libro nobis dictum est) nō esse dissimilem, qui quandiu est, perfectus nūquā est, sed in profectione ad perfectionē s̄per sufficit: adeoq; ex E N T E et nō Ente cōpositū quiddā est. Haud longè ad dissimilem modum tēporis quoq; natura cōparata est: quòd esse dicitur aliquid, nō quòd perfectū absolutum; sit unquā, sed quòd perpetuò fiat. Quemadmodum preterfluētē quoq; amnē existere dicimus, nō quòd illae eius partes momēto temporis permaneant, sed quòd semper prioribus. præterlabentib; partibus, recentes superueniant.

### Quid est tempus?

Motum nōnulli tempus esse credidēre: sed aper-  
tis ij refelli possunt, & perspicuis argumentis. Ete-  
nī motus uniuscuiusq; rei proprius est, & in re  
mota perpetuò inheret: tempus uero unum idemq;  
omnium rerum esse statuitur, nec singulis rebus si-  
gulariter inhæret: sed quemadmodū mensura diuer-  
sum quiddā est à re mēsurata, ita tēpus quoq; ab ijs

*Tempus non  
est motus*

*Velox motus*

*- tardus*

*Velocius in tempore  
tardius non competit  
temporis sed motus*

quæ subiecta illis sunt, eoq; continetur differt, Preterea motus à motu celeritate tarditateq; differt: quod in tempore usiuuenire potest minimi celerem namq; tardumq; motu in tempore metitur, cum celerem dicentes, qui temporis mora breuiore plus spacijs conficiat tardum uero, quilogiore temporis interuallo minus spacijs percurat. Tempus uero ipsum ut tempore metiamur, contingit minime. Quapropter tempus diuersum quiddam esse, his quidem argumentis satis liquere puto.

Quam uero illi suæ opinionis causam habuerunt? *Cap. 11*

Non mehercules prorsum nullam, aut talem quæ non admodum attentis imponere facile non queat. Tempus enim licet motus non sit, sine motu tamen nec intelligitur, nec in eius cogitationem quisquam deueniret unquam, nisi motum aliquem interrenisse animaduertaret. Vnde euenire quoq; nobis saepenumero solet, ut tempus interuenire nullum putemus, cum motus nos latuit, uel somno sopitos, uel ludicra aliqua re excitatos. Si itaque tunc nobis accidit, ut tempus intercessisse nullum putemus, cum motionem nullam animaduertimus: cum uero motum sentimus, tempus quoq; fuisse iudicamus: constat sane, tempus non esse sine motu. Quandoquidem uero superius est demonstratum, non esse tempus plane idem quod motus: accidens quoddam eius

*Motus et tempus  
similiter pertinet*

*Tempus non est  
sæpe motus  
sed accidens  
quoddam eius*

*eius erit. Quo circa ut quid tempus sit rectè inuestigare queamus, quale nam accidens ipsius motus sit queramus oportet: cuius inquisitionis hoc esto exercitium.*

*Omnis motus ex aliquo in quiddam fit, / B.*

*& omnino super magnitudine aliqua semper perficitur: magnitudo uero omnis continua est, magni-*

*tudinem autem sequitur motus: quandoquidem*

*magnitudo continua est, motus quoque, qui*

*super ea perficitur, continuus esse statuitur.*

*Porrò omnis magnitudo in partes dividitur, quarum*

*0 Magnitudo in par-*

*prior una, posterior alia existit: quo circa eadem di-*

*uisio in motu quoque locum habebit, propterea*

*quod unum aliud ex necessitate semper consequitur. Hæ uero partes in motu, si animo ac mente de-*

*signentur, & motus per N V N C in prius et po-*

*Hanc subiectu qd*

*sterius dividatur, atq; partes hæ nraerentur, tem-*

*vibom, sed ratione*

*poris natura statim constituta absolute crit. Quod*

*minor in propria*

*si uero partitionem motus in prius & postrius non*

*alio d*

*animaduertimus, quæ per N V N C perficitur, tem-*

*pus intercessisse nullū putamus, intermedia inter-*

*ualla excludentes, iuncto posteriore N V N C priori,*

*ac ex duob. N V N C unum idemque efficienes. Que-*

*cum omnia ita se habeant, ac infringi à nemine pos-*

*sint: & tum tempus percipiamus, cu prioris posse*

*tempus quid*

*riorisque rationes ad motum numeramus, constat re-*

*cte temporis naturā explicari, si ipsum hoc pacto*

*definiamus, o ut dicamus tempus esse numerum mo-*

*ius*

*Tempus invenimus per motum, qd n, r, m, s,*

*propria percipie*

tus secundum prius & posterius. Quam definitio-  
nem non mutasse, sed explicuisse mihi uidetur Ro-  
dolphus Agricola, lib. inuentionum Dialecticarum  
1. cap. 16. cum sic inquit: Tempus est, ex cœli solisq;  
uertigine deductum spaciū, quo rerum omnium  
agitationem uiciſſitudinemq; metitur. Libuit bre-  
uiter etiam diuina Platonis in Timeo, de tempore  
uerba subijcere: Idcirco imaginem æui mobilem ef-  
fingere Deus decreuit, ac dum cœlum exornaret,  
fecit æternitatis in unitate manentis æternam quan-  
dam numero fluentem imaginē, quam nos tempus  
dicitur temporis platonica appellamus. Tempus est imago æternitatis: quia in  
æternitate est unitas, sive Nunc manens: in tempo-  
re uero, est Nunc numero fluens.

Quouis ne motu tempus de-  
scribimus?

Nequaquam: sed eo, qui reliquorum perfectissi-  
mus existit, ac uelociſſimus, corporis nimirum cœ-  
lestis. Hic enim cùm sit breuiſſimus, ex sui semper si-  
milimis, rectè eo reliquos omnes mensurabimus nō  
modo motus, sed etiam quietes. quemadmodum e-  
nim alias mensuram, ut commode ea uti poſsimus,  
breuiorem in re mensurata esse oportet, ex eodem  
semper modo fere habere: ita quoque motus is qui  
reliquos omnes mensurat, comparatus esse debet, ut  
sit ex breuiſſimus, ex nunquam uarietur: que cum  
soli motui cœlestis corporis competant, iure opti-  
mo eo.

mo eo & motus & quietes aliarum rerum caduca-  
rum mensuramus. Ac naturā quoque ipsa ita &  
comparatum est, ut quenquam percipientes mo-  
tum, ad nobiliorem nos & celeriorem conuerta-  
mus, coelestis nimirum corporis, quo durationes  
omnes metimur.

Cum uero numerus sit duplex, numerans scilicet, & numeratus: quænam harum rationum tempori accommodati poterit?

Vtrāq; nam numerās dicitur is, per quām plus et minus in re qualibet definitur. Per denariū namque numerum. Et binarium, plus esse decem quām duo intelligo: quare denarius, binariusq; numeri numerantes dicuntur. eodem quoq; pacto, tēpore intelligo plus esse spaciū quod annū dicimus, quām quod mensē appellamus: quare hāc ratione tēpus quoq; numerās dicitur numerus. Numeratus porrō numerus is dicitur, cuius unitates non sunt simpli-ces, sed certi cuiusdam generis res quādam: ut de- cem homines, decem equi, decem miliaria, &c.

Tempus itaq; cum nibil aliud sit quām prius poste-  
riusq; in motu, numeratus certè erit numerus: eius  
enim unitates simplices quoq; non sunt, sed altera  
prius in motu dicitur, altera posterius. Atq; hac ra-  
tione per se tempus numeratus, numerus dici potest.

Superest alia ratio, qua eadē appellatio tēpori tri-  
nūmīs memoriā  
In tempore talis minime multificissim⁹, sanguinis magnitudin⁹  
Ergo longus ī mōli p̄mī mōlēs ut ceterū dīmī ī subrōc⁹  
Capit. 12. Quādīs Progenitoris temporis: Temp⁹ p̄ceptio ī nōmī off  
ficiū mōlēs memoriā minimi: plausū ī dīmī cōtū nouū ī mōlē  
mīmī q̄a ī t̄m̄plō ī īfūlōrē ī dīmī 2. Temp⁹ nō ī mōlē  
aut latērū / dīmī cōtū p̄ceptio ī dīmī 3. dīmī ī longū dīmī v̄b̄g⁹  
End nō dīmī p̄ceptio ī dīmī 4. dīmī unū cōtū dīmī v̄b̄g⁹  
longū adhuc ī dīmī 5. dīmī sp̄ificā nō memoriā  
S dīmī se h̄c longū cōtū, sed ī mōlē longū mōlē sūc⁹

*Esse in tempore est longus metus et rati. Et quod sub genere hunc re  
corruptionem eadem ea in tempore sume. At bona non, morsa  
ne in possibiliis in tempore non sum cap: 12.*

104. PHILOS. NATURALIS

bui potest, ut scilicet numeratus dicatur numerus;  
~~sed~~ sed sit per accidentem cum uidelicet rursum tem-  
pus per motum definitur. ut cum temporis aliquod  
interuallum ambulatione Romam uersus describi-  
tur, aut defluit eiis aquæ que in clepsydra conti-  
netur. Hac enus temporis definitionem utcunq; ex-  
plicauit, quæ pro compendij ratione de eo dicta sa-  
tis sunt. Nam quæ sequuntur in Aristotele, de natu-

*Hunc ut compo  
ra N V N C, sine quo tempus nec esse nec intelligi  
ur tempus. & diuidi. Quare rectè potest, obscuriora sunt, & magis intricata,*

quam quæ breuibus explicari ita queant, ut lucem  
aliquam accipient. Quapropter ex Aristotele hæc

*Cochlearum ratione sub plumbis est longus. & tunc  
End ratione molles uoces in tempore nos hic pedem figentes, receptui canamus,  
contenti definitionem temporis fatis  
crasse ex ruditer mon-  
strasse.*

E P I T O M E I N  
QVATVOR LIBROS DE  
CÖLÖ. *Principijs, usq;  
yam & utrū agat.*

P R A E F A T I O .



Væ hactenus dicta disputataq; à no-  
bis sunt, eò spectant omnia, ut cor-  
poris naturalis, de quo tota hec est  
instituta tractatio, quæ essent prim-  
cipia et cause, quasq; haberet, quatenus est natu-  
rale

ral corpus proprias affectiones, perspectū explo  
ratumq; nobis esset. Ceterū hęc omnia ita dispu-  
tata & explicata sunt, ut cōmuniſimo latifimeq;  
patenti generi corporis naturalis ita conueniant,  
nulla habita ratione partium seu specierū ipso con-  
tentarum: ut si hęc ipse nullae sint, nihilominus hęc  
omnia uera, certa, firmaq; esse deprehendantur.

Huic uero generi proximè subsunt simplicia uoca-  
ta corpora, & reliquorum omnium principia ex  
causę: de quibus porrò nobis dicendum est, initio  
sumpto ab eo quod reliqua omnia non solum am-  
bitu, sed etiam uirorū efficacia sua continent, cœlesti  
corpore: quorū quæ sint propriæ affectiones, qua-  
tenus sunt & dicuntur simplicia corpora, exqui-  
rendum nobis erit. Istis autem libris Aristoteles ti-  
tulum fecit De cœlo. Latini uero interpretes, cum do cœlo ut  
uiderent non solum de cœlesti corpore hic disputa-  
ri, sed etiam de elementis, adiecerunt inscriptioni:  
Et mundo. Sed non erat causa cur hoc adderent. cœ  
li enim, tanquam continentis, ambitu etiam elemen-  
ta comprehenduntur: et usitatum est Aristoteli, his  
libris cœlum pro toto Mundo usurpare. Mundus  
uero ita definitur in libello de mundo, εγνωμονία  
τρόπαιον τοῦ ναὶ γῆς ναὶ τῶν cù τέτοις περιεχομένων φύ-  
σεων. quæ definitio tantum materiam siue partes  
explicat: ideo mox subiicitur alia melior, omnes  
causas breuiissimè comprehensens, τῶν ἐλων Τάξις

(Cœlum libby m̄bis accipit̄ 16:1 87:8) τε ναὶ

1. Sige ultimum cœlum fini p̄mona

2. p̄o tōto exponit Aristotle

3. Mundus totum / ḡt̄ & d̄minans

τε οὐδὲ μικρόσυμοις ὑπὸ θεῶν καὶ μικρῶν μικρούλων τουτοῖς. Nam cum dicit τῷρος ὅλωρ, materialē seu partes indicat. Cum dicit ταξίς τε οὐδὲ μικρόσυμοις, formam innuit. Mundo enim nihil potest esse magis ornatum, aut ordinatum, ex quo ex apud Latinos ex apud Græcos nomen illi factum est: qui ordo absque interitu mundi turbari non potest. Cum inquit, ὑπὸ θεῶν μικρούλων τουτοῖς, causam efficientem ostendit. Etsi enim Aristotles mundum nullo principio ortum esse contendit, tamen à Deo cum, tanquam à prima causa pendere ex conscribri, non negat. Postremo, cum addit οὐδὲ μικρῶν μικρούλων τουτοῖς: causam finalē ostendit: nempe propter Deum conditum esse mundum. Non autem ideo factus est mundus, ut Deus, qui antea in gurgustio habitarit, tanquam adilis cūtiātēm hāc suā exornaret: sed ut esset genus humānū, à quo agnosceretur ex coleretur, ex cum quo Deus suā fœlicitatē quasi participaret. Cui reliquæ creaturæ omnes inferuirēt, ipsum autem in solum Deū respiceret, ab eoq; solo pēderet, de nulla alia res sollicitum: atque ita obsequio Dei efficeretur simile Deo, atq; in hoc mundo elementari quodammodo alter Deus. Ad hunc modum si explicetur dictum Stoicorum, Omnia propter hominem esse condita, hominem autem propter Deum: nihil potest dici uerius, ex rectius.

Actus huius à corpore cognitior est per rationem. Nam scilicet qui ratione videntur que omnes sunt etiam naturales, non complicitur prius à nobis in aliis. Corpus quae per nos. Intervenient autem in primo loco, & proprietas locis ratione, & in iuncta propria tamen, finitum unum in domo qd propriorum. In loco Granitico & portante, & per certam corpora, & actus per nos ratione, in iuncta est proprietas primorum, prius peracto vel potest certam ratione plena, postea vel potest ratione interior. In loco tamen qd actus per Elementos, non ratione, sed per actus per nos, hinc illas et ceteras effecta sunt, non scilicet ad libitum. Per Generalia. Et ceteris. Ifformata, sed quae latens operaria sunt ac hinc, non tamen qd locis in primis utrumque habent. In locis qd sunt, scilicet per opimorum rationem, in quaeruntur namq; unitatione cogit.

**E D I T O N E** 12 Cap. 2000 **Mengnito** è gravissima  
Corpus in magnitudo transversa sed non maxima est corpus Ergo transversum est magis in latitudine  
proportio. Quia corpora in quantum corpore sunt proportiones sunt harmonie imperficiuntur quibus  
et nullae, quia unum quod habet corporis harmonia terminata est aliud propositum. 1.13.10  
transversum agitur. Sed unius maxima pars habeat limitum, ut recta sit in hunc recte, 1.13.11  
prosternens propriam est.

E P I T O M E. <sup>for 12 Cap: 107</sup> *Mugnido = granulosus*  
*Cannabis Sibirica*

Corpus porrò, ut hinc capiamus exordium, reli  
quas magnitudines longè uidetur præcellere: ut= Cap.  
pote quod in tres, adeoque omnes, cum plures non  
sint, pateat dimensiones, atque ob idipsum perfe- Superficies et linea  
cta quoque magnitudo sit. Cum enim omnes ha- linea columnæ  
beat dimensiones, perfectum esse quis neget? omne Deo propositum sed te  
enim, totum et perfectum non specie, sed subie- nariq; te ois & i; pfectu  
ctis differunt. Omnia corpora & proportiona. Ergo nullus unus  
tolum amittens & perfruum, nam haec  
partes sunt cuncta corpora de continua: perfectum  
de utraq;

Est ne præter quatuor hæc uulgo nota corpora, quæ reliquorum omnium dicuntur elementa, aliud quoddam simplex corpus, substantia ab illis distinctum?

**Quibus id conditionibus à quatuor elementis discrepat?**

<sup>3</sup> Quod nec graue sit, nec leue, ut elemēta: quodq; <sup>supponit</sup> prospectus & prīus solum in natura, in perfīcta, sed molis conciliatio & confortus, et multus iustus in perfīcta. Ex quo nūc cūlīus p̄s op̄f. <sup>Nōn</sup> adūra iustitia nō nōt. M̄s p̄f. h̄t̄ t̄m̄a cūlīus līnōn rōtōn s̄c̄, sic molis conciliatio ad molis iusta. Sed Graue iusta & p̄f. at līnōn rōtōn p̄f. Coḡ. M̄s h̄t̄ līnōn p̄f. līnōn iusta. q̄d nō p̄f. f̄ḡ a d̄b̄les, molis iusta c̄ d̄b̄les f̄ḡ.

non solum ipsum totum, sed & omnes eius partes  
ortus & interitus, incrementi ac decrementi, &  
omnium qualitatum quibus alterari res solent, sit  
expers.

Possunt ne aliqua ratione ista de-  
monstrari?

*Graue quid*

Possunt. Cum enim graue definiatur id esse,  
quod ad medium incitatur motu suo: leue uero,  
quod fertur à medio secundum naturam: coeleste  
autem corpus non sursum, nec deorsum, sed in or-  
bem mouetur: manifestum est, nec luctat nec  
grauitatem illi inesse. Cumq; superioribus libris de-  
monstratum sit, ortum ex interitum omnium rerū  
esse ex subiecto ex contrariis: in celo uero contra-  
riorum nullam esse repugnantiam inde manifestū  
fiat, quod contrariorum contrariis sint motus: rota-  
tioni autem, qui proprius est coelestis corporis  
motus, nullus fit contrarius: consequitur, hoc ip-  
sum nec nasci nec interire unquam. Eadem ratione

*Cochleum nō augmen*

nec augeri nec minui coeleste corpus liquet. Nam  
quemadmodum ex contrariis omnia oriuntur, i-  
ta ex iisdem etiam augentur. Et quemadmodum  
accretio contrariorum ope perficitur, ita etiam de-  
crementum. Ex quo etiam illud consequens est, ne  
alterabile quidem esse. Quaecunque enim alteran-  
tur, eadem amplificari quoque, & minora effici,  
perspicuum est in animalium ex plantarum cor-

*Cochleum nō altra  
tus*

*Intelligi hoc contrariatum, quo uobis componebitur poribus*  
*gratia gratiæ tamen mea*  
*enigmoque qmimq; hoc ipsius ē compibile, ut puerum & formam pueri*  
*Cochleum uolens huiusq; huiusq; compibile, formamq; pueri vel puerorum*  
*Cochleum Ergo nō puerumq; hoc puer.*

Hoc loco sic monetas de alteratione corporis non  
unter perficiuntur, cum corrum caput est in  
me prout ipsorum in gloriam et plus malum

E P I T O M E. 109.

poribus et partibus, atque etiam elementis. Quare celeste corpus cum augeri aut minui non posse ostensum sit, ne alteratio quidem obnoxium erit. Quare sempiternum est, et eodem statu semper permanet, ab omnibusque perpetuationibus liberum existit. Quod ipsum etiam communis omnium gentium ac populorum consensus confirmat, qui domicilium Deorum cœlum esse statuunt, immortales scilicet immortalibus sedibus et locis habitare existimantes. Quinetiam sensibus ipsis, quod diximus, proptermodum apparet. Nam post homines natos, nulla unquam mutatio, neque in uniuerso cœlo, neque in aliqua eius parte deprehensa est.

Quia ratione uerum esse illud deprehenditur, quod paulo ante dictum est, rotationi motum nullum esse contrariè oppositum.

4. Hac potissimum ratione: Quod si ulla linea circuic contrariè repugnat, tum maxime hæc est recta. In circulo enim sunt cauum et curuum: que non modo inter se, sed etiam rectitudini opponuntur. Quare si quis motus rotationi est contrarius, in primis motus secundum rectam lineam is erit. Atque ille motus rotationi contrariè non opponitur. Nam motus secundum rectam lineam specie discepantes duo sunt, qui à contrarijs descripsi locis, contrariè ipsis sibi inuicem repugnant: is

stolidus rotulus uideatur alterius vero in <sup>3</sup> nimi- <sup>convenientibus quan-</sup>  
tia rotulus, et is q̄ ad ordinem fit ex quo <sup>nibus i' leuis opti-</sup>  
circuic, p. u. in unum conseruare <sup>uita</sup>  
et in motu curuus et rectus corbarunt sicut metus molitur  
metu sibi. Atque ita curuus motus fit ab ordinem termino a q̄  
runq̄ termino, nihil certum sibi possit contrariebitur. Et motus  
curuus exigit terminorum conseruare letum.  
stolidus curuus pollicetur opere conseruare in certitudine

numirum qui à medio, & is qui ad medium fit: quare directus motus directo motui contrarius erit, ac minimè rotundo. Vnum enim unius taxat contrariè opponitur. Quare si motus directus rotationi non opponitur, multo minus alius quisquam. Nam si quis contrarios motus in circulo designari posse existimet, illi demonstrari poterit, eos aut omnino non esse contrarios, aut contrarietatem illâ ratione diametri potius quam circumferentiae describi. Ut quod motus ab ortu in occasum contrarius dicitur ei qui est ab occasu in ortu, fit causa diametri. Ortus enim ab occasu per lineā rectā distat.

Est' ne mundus uniuersus magnitudine infinitus?

5 Nequaquam. Nullum enim omnino corpus infinitum esse, ut alia prætermittamus, uel hoc argumento refelli potest. Omne corpus aut est simplex, aut compositum. Quare si nullum sit simplex infinitum, ne compositum quidem infinitū esse poterit. Nam quod ex elementis componitur, numero & magnitudine finitis, & ipsum finitum necessario existit. Superest igitur ut ostendamus, corpus simplex infinitum magnitudine nullum esse: sumpto initio à primo, hoc est rotundo corpore. Corpus igitur rotundo motu citatum, infinita magnitudine præditum esse si statuatur: lineæ quoque à medio porrectæ, in infinitum usq; extendetur: quare inter-

re interuallum

Spacium inter infinitè extensas lineas infinitum.

quoq; infinitum erit: hoc est, extra illud interuallum non erit alia quædam fi-

linea in infinitū extensa.


do, hisce lineis adiuncta. Quare si infinitum interuallum motu nullo petagrari potest, cœleste autem corpus sit infinitum, ex ob id interuallum quoque infinitum statuatur, rotundo motu conuerti nequa quam poterit: quam tamen conuerzionem ipsius esse propriam, non modò superius fuit demonstratum, sed ipso quoque sensu oculorū id ita se habere conuincimur. Ex quo concluditur necessariò, cœleste corpus magnitudine non esse infinitum. Reliqua corpora simplicia aut à medio, aut ad medium, sua natura feruntur: quorum nullum infinitum esse poterit. Istæ namque due motiones sunt inter se contrariae: quare loca quoque ad quæ feruntur, inter se contraria erunt: longissimo enim ex maximo interuallo distant, supremus atque imus locus. Contrariorum porrò hæc est natura, ut si unum eorum specie ex magnitudine definitum sit, reliquum infinitum esse non possit. At imus seu medius locus definitus est. nam undecunq; ponderosa ferantur, ad medium seu

*Elementa non  
sunt in finitæ  
magnitudinib;*

*Conveniunt si  
aliam sit, et aliam. Tripli  
naturæ erit*

*imuns*

Linea in infinito extensa.



cap. 5

imum suo nutus uergunt, nec ultra illum locum  
medio definitum graue corpus ullum effertur. Ex  
quo consequitur, contrarium ei locum, nempe su-  
perum, eadem ratione definitum esse. Porro quo-  
rum corporum loca sunt definita, ipsa infinita esse  
*Si corporum loca in  
principiis re ipsa corpora  
sunt definita*  
non possunt: quippe cum nullum corpus suo lo-  
co amplius ex maius existat. Vnde concluditur,  
corpora secundum rectam lineam mota, definita  
magnitudine omnia esse. Accedit buc etiam il-  
lud: Quod si superum & inferum, ut modo sicut o-  
stensum, definita sunt: medium quoque quod in-  
ter hec intercedit, definitum esse oporteat: alioqui  
ferri motu infinito corpora, naturaliter continget,  
quod per est absurdum. Quocirca etiam corpo-  
ra quae in medio aut sunt, aut in illo esse, seu per il-  
lud ferri possunt, finita sunt. At quae sursum aut de-  
orsum feruntur in medio existere, perq; illud ferri  
possunt omnia: quare finita magnitudine exi-  
stunt. Ex quibus perspicuum est, corpus nullum  
quod à medio aut ad medium feratur, infinitum es-  
se. Quod ipsum etiam ratione grauitatis & leuita-  
tis demonstrari potest. Nam quae sursum feruntur,  
levia: quae deorsum, grauia omnia existunt. Qua-  
re si grauitas aut leuitas infinita nulla est, ne gra-  
ue quidem aut leve corpus infinitum ullum pote-  
rit esse. Quod ipsum cum operose admodum ex-  
prolixè ab Aristotele demonstretur, non pu-

*Totu' sic dicitur. Propositio velut pro his in finitam ipsa invenitur  
longior etiam. Cetero' t' agimus et passim gabinius interstatu*  
subrmo quan tam propositio omni. Elementa ergo eius inveniuntur in multis  
agent et patientiis proportionis non aliquam habens Gabinius sed  
omnibus et proportionis inter duas infinitas aut inveniuntur et infinitas  
Ex ergo Elementa non infinita neque sunt. Tertii volumen non te facio  
Alio et passim hoc ergo ut corpus sensibiles haec actiones aut  
passim non sensibiles possumus. Ergo tempus infinitus sensibiles  
non est. Et omnes corpora quae sunt in loco sensibilia

taui faciendum, ut argumenta eius in hoc Compendium transcriberem: præsertim cum duobus superioribus, satis uidetur propositum nostrum confirmatum. Quocirca, ut tandem breuiter colligamus omnia, cum nec rotatione, nec secundum rectam lineam motum corpus illum infinitum sit, nec præter hæc sit aliud quoddam simplex corpus, totum quoq; uniuersum finitum magnitudine existit: quod nobis erat demonstrandum.

Sunt' ne plures uno  
mundi? *Cog: 8*

Minime: sed unus duntaxat numero existit. *Vnum munus tam  
memor*  
 Quod antequam demonstremus, prius quædam nobis sumenda sunt adeò manifesta, ut de ijs dubitare nemo possit, nisi sensu communi destitutus.  
 Primum: Omnia corpora naturalia quiescunt quibusdam in locis, et ad hæc ipsa feruntur aut secundum aut præter naturam. Et in quo loco manet quippiam non ui, in eundem naturaliter fertur: et in quem fertur naturaliter, in eodem etiam quiescit. De uiolento motu idem statuendum. Alterum : Si motus quippiam alicui corpori inest contra naturam, contrarius ei motus secundum naturam inerit. Ex quibus consequitur: si ad nostri mundi medium uiolenter moueatur terra alterius mundi, ut ad alterius mundi medium secundum naturam moueatur. Sin nostro in mundo illinc de-

*Si unum est et aliud  
situm pollicium ergo  
in pluribus mundis  
Est et non terra nisi  
mouetur.*

lata terra non uiolenter quiescat, feretur etiam il-  
linc secundum naturam, cum unus sit cuiusque cor-  
poris simplicis motus naturalis. Tertium: Si  
plures statuantur mundi, necessere est similibus eos  
natura corporibus constitutos esse. Quare fa-  
cultas ad motus ac status omnino eadem erit: ut i-  
gnis, terrae, & mediorum corporum. Nam si natu-  
ra dispari hec prædicta, nominibus uero eisdem es-  
sent, nomine tantum ipso conuenirent, non re ipsa.  
Quare idem etiam de uniuersis ex his constitutis  
mundis dicendum erit, nulla re ipsos nisi uocabulo

*Cuiusmodi planis communicare. At qui plures introducunt mundos,*  
*mundos illas spatio*  
*et tempore, et memorijs*  
*et discrepantes ponunt, eademque omnes mate-*  
*ria præditos arbitrantur. His ita positis, ostenda-*

*Reputatio non est plures mundos. Constat corporum a-*  
*liud à medio, aliud ad medium cieri. Nam motus*  
*Motus oritur tristitia. omnes definiti sunt, & unumquodque elementum*  
*sum suum habet proprium & definitum motum. Ergo*  
*terram quæ est in alio mundo, partes ad huius mun-  
di medium naturâ ferentur: & partes illius ignis,  
ad huius extremitatem mouebuntur. At hoc fieri  
non potest: ita enim accideret, ut in proprio mun-  
do terra sursum moueretur, ignis deorsum. neque  
enim ex altero mundo terra ad hunc nostrum mo-  
ueri potest, nisi illic è mediâ excedat: hoc est, sur-  
sum mouatur. Eodem modo terra huius mundi na-  
turaliter*

tur aliter ad medium alterius moueretur, siquidem ita dispositi mundi inter se sint. Vel igitur dicendū, non eandem esse simplicium corporum in pluribus mundis naturam: quod quam absurdē dicatur, pa-  
lo antē est ostensum. Vel, si eadem natura sit omni-  
bus, unum tantum medium esse, et unam extremi-  
tatem. Ex quo consequitur, necessariō unum tan-  
tum esse mundum. Imò uero nec esse, nec fieri pos-  
sunt plures mundi: quod hac ratione fiet manife-  
stum. Forma qualibet propter materiā multiplex  
et numerosa efficitur, cum ipsa sit una et simplex  
suapte natura. Quare si qua forma sit qua semel u-  
niversam occuparit materiā, ea necessariō unica et  
solitaria est: quippe suppetēte nulla materia nec a-  
etus nec facultas simili rei cōstituēdā suppeditatur.  
Ut si unus homo omnē eā materiā ex qua homines  
fieri possūt occuparit, certē nō poterit nisi unus es-  
se homo. At uero mūdus hic nō ex aliqua parte ma-  
teriæ, sed ex omni materia est cōstitutus. Quare u-  
nus est, nec plures esse aut generari possūt, nulla ut  
delicet parte materiæ, unde alter mūdus generari  
possit, relicta. Quod ipsum nobis adhuc demōstran-  
dū relinquitur, mundū uidelicet ex omniib. natura-  
lib. et sub sensum cadētib. corporib. cōstructū, itā  
ut nulla pars huius generis extra hoc uniuersū aut  
esse, aut generari poscit. Istud uero hoc argumēto li-  
quebit. Nam si quod sit corpus naturale extra hoc

Cochleum. hoc. uniuersum non fit. <sup>Agere post hoc</sup> ut illud  
sensibile. Ex quo si. g. t. s. f. m. or. in malitia  
in Ego et Cochleum. Et per a hanc hoc caritatem, regimenter  
cochleum.

*Malitia cuius  
ipsius est natura  
et alijs sensibili corp*

*Demonstratio  
cur no. sic plo  
res mun. qj*

uniuersum, istud aut simplex aut compositum erit, illicque aut secundum aut contra naturam detinebitur. At simplex illic esse nullum potest. Nam cœlestia corpora suis excedere sedibus ac locis nō possunt. Neque uero eorum aliquod quæ à medio,

*Corporis in similitudine  
locus in simplicitate  
non possumus regnare  
sed in natura  
sunt proprietas loci*

aut ad medium feruntur, corporum naturaliter extra cœlum consistet, cum hæc omnia intra complexum uniuersi suis locis contineantur. Quod si quis

*enim locus quæ ad  
eius simplicitatem  
pertinet in se  
aliam suam naturam  
habet*

dicat ibi præter naturam detineri: illi necessariò fatendum erit, aliud quoddam ibi secundum naturam esse. At præter hæc nullum aliud est corpus simplex. Quare nullum omnino simplex corpus est extra mundum uniuersum, seu cœlum. Ex quo intelligitur, ne mixtum quidem ibidem esse aliquod, cum mixta sine simplicib. esse non possint. Et quare ratione nullum esse corpus extra complexum uniuersi iam demonstratum est, eadem demonstrari quoque poterit, ne generari quidem posse: eadem enim consequuntur absurdia. Quare nec plures iam sunt mundi, nec facti unquam sunt, nec fieri ullo tempore possunt: sed hic solus atque perfectus est.

{ Ex quo etiam illud consequitur, extra cœlum seu totū uniuersum, nec locum, nec inane, nec tempus esse. Nam ubi corpus nec est, nec esse potest, ibi nec locus nec inane est: ex ubi motus non est, nec tempus esse potest, quippe quod mensura motus sit: motus uero, corporis naturalis proprius est. Vnde perspicuum

*Motus corporis  
naturalis  
proprietas*

spicuum est, ea quæ supra cœli extremitatem sunt,  
omnino esse corporis expertia, neq; loco ullo con-  
tineri, nec tempore consenescere, sed ab omnibus al-  
terationibus mutationibusq; aliena, nullius rei in-  
diga, æcum perpetuum, omnibusq; bonis refertiſſi-  
mam uitam agere sempiternam.

prædicta sunt quæ  
Gens supra cœli  
mutationibus

Quibus de rebus deinceps Aristoteles differit?

*Cap. IV*

Summis ingenij uiribus contra omnes ueteres tum physicos tum theologos probare nititur, cœlum seu totum uniuersum nec initio aliquo cœpisse, nec desitum unquam. In quo etsi diuinis literis nobis tradita ueritas & sacrosancta nostra religio assentiri nos illi prohibeat, nihil tamen obfuerit rationes illius cognoscere, uel ob id saltē, ut causas illius erroris intelligamus, eoque firmius diuinitus traditæ ueritati assentiamur. Etenim Aristotelis argumenta omnia sunt physica: neque efficiantiam aliam concedit Aristoteles, quam naturalem, cui subiecta sit materia facultatis suæ gratia, quam quidem non à creatore ullo principio effectam arbitretur. Nos contrà diuinis & cœlestibus nixi oraculis, principium principiorum apud Deū semper fuisse firmiter credimus, per quod naturales cause & principia tum sint creata, quum optima factu uideretur ei qui omnium optimus est atq; maximus. Nihil igitur in fide nostra perturbabunt

nos rationes Aristotelicæ, quæ ultra naturales causas non assurgunt: quas nunc, quales sint, breuiter, & prout Compendij ratio postulat, perspiciamus. Eorum qui mundum aliquando incepisse autumāt, trifariam scinditur sententia. Quidam enim (in quorum numero Orpheus, Hesiodus, & post eos Plato fuit) generatum quidem mundum aliquo principio statuunt: at eundem nunquam interitum, sed fore perpetuò. Alij, quemadmodum res naturales singulas, ita mundum ex ortum, ex interitum aliquando, ita ut eius nihil prorsus supersit, putat. Tertium genus Philosophorum, in quibus est Empedocles Agrigentinus, & Heraclitus Ephesius, ortum mundum esse censet, eundemq; interire, habitudinēq; eius ex specie eius certis temporum intervalis mutari. Hos uero omnes perperam sensisse, breuissimè ostendamus. Ac primi quidem non perpendunt, in philosophia naturæ, quemadmodum & in alijs disciplinis, ea duntaxat pro ueris defendenda, quæ aut in omnibus aut in pluribus ita sese habere deprehenduntur. Cum uero in rebus naturalibus omnibus hoc sit exploratissimum, nihil perpetuum esse quod generatum aliquando sit, nulla ratione de toto uniuerso statui istud poterit. Alterius opinionis assertores, siquidem unum esse mundum statuant, nequaquam tueri sententiam suam poterunt. Etenim antequā nasceretur mundus, fuit quædam

*Hullum generatum  
perpetuum*

dam constitutio seu materia, ex qua nasci potuit, et  
in quam rursum per interitū resoluatur: et quem-  
admodum initio ex ea natus est mūdus, ita sēpius,  
imō infinitis uicibus ex eadem renasci poterit. Si-  
uerò infinitos dicant mundos, facilius sese defende-  
re poterunt: quos tamen ipsos suo loco conuince-  
mus erroris. Super sunt tertij, qui certis uicib. mun-  
dum oriri, rursusq; occidere tradiderunt. Horum  
uerò sententia, si diligentius perpenditur, non cor-  
ruptibilem mundum statuit, sed eternum, mutatio-  
nibus duntaxat ac alterationibus causa partium ob-  
noxium, quod neque nos inficiamur: neque illi diſē  
mularunt ita se sentire, dum contrarijs affectioni-  
bus corpus mundi obnoxium tradunt, à contrarijs  
prouenientibus causis. Itaq; illorum sententia, quod  
ad substantiam attinet, idem semper permanebit;  
quippe cum substantiae nihil sit contrarium. quod  
uerò ad affectiones seu dualitatem attinet, aliis sem-  
per erit, atq; aliis ac ratione perfectioris duali-  
tēs dicetur oriri: cum in imperfectorē dualitate  
mutabitur, dicetur interire. Quod uerò dixerunt  
quidam, fieri posse ut id quod ortum non sit inte-  
reat: et contra quoq; quod factum aliquando fuc-  
rit, interitus expers perpetuò permaneat, acutissi-  
mis ab Aristotele nostro rationibus refellitur: que  
potiſ. aduersus Timaeum Plat. diriguntur. Quia ue-  
rò breuiter explicari non possunt, hoc loco præter  
mittantur.

## b 4 C. O. M.

*Cap. 11. In genitab. corruptib. loco corruptib. loco - 2 corruptib. loco nullis inveni-  
tur. In corruptib. duplicitate loco, quod non communis est: aut quod non  
falsus, non vero non boni originis.*

feruntur ad medium  
uniuersi.*

*Ergo constantem  
medium terræ hoc  
sit per accidens*

*Cap: 14.* iam non ad medium, sed à medio propellerentur, quod naturæ ipsorum repugnaret. Hinc etiam causa quietis terræ, quam ueteres explicare non poterant philosophi, facile intelligitur. Si enim nulla pars terræ à medio nisi uolenter propellitur, multo minus tota terra locum suum deserit.

Cic. lib. 2 de nat. Deorū. Sed, ut ille inquit, in media sede mundi, undiq; ipsa in se se nutibus suis conglobata cernitur: quod Plato in Timæo uidetur uocare iouppονιαν τῆς γῆς, aut, ut poetæ uerbis utar, Pendet in acre Ponderibus librata suis.

5 Postremò, terram rotunda figura præditam, hoc argumento, alijsq; multis intelligitur. Etenim grauium corporum momenta sunt, ut ex omni parte delata medium capessant locum. Deinde natura etiam fert, ut minus grauia magis ponderosis cedant, seq; extrudi (si ita necesse sit fieri) patiantur, partibus omnibus ad medium uergentibus, quod infimum est in sphæra. Hac tam æquabili contentione grauitatis et ponderorum terram conglobari necesse est. Hoc autem ita se habere, facile intelligi potest, si quis (ut ueteres fecerunt philosophi) mundum principio quodam cepisse opinetur, atq; ex confusis architectrice mente singula suis locis distincta, leuibus à medio sursum pro uolantibus: grauibus autem suapte natura et im petu imum et medium capessentibus locum, gra

*Subsolutor imm per nos lentes exstant in certissima uitate  
qua in continuo lento, ex quo est continuo uenit, nati  
H. Petri Regis & acu. Fis. Non lento uero tamen operi ex  
uolantibus. Tamen in prædicta et ad modum lente  
sed fortius et leviter ex solito que lente ueridam sum  
ter in ipso modis uolantibus. H. continuo non uolantibus,  
forusque per se*

*S. ut ex parte aqua sit aequalis, aqua extensio in modis  
dispari, mox est. Sed tales in figura rotunda s*

uitate sua pressis. Nam si undiq; ad medium unum gravia omnia delata sunt, necessariò species globosa facta est: cum tantundem molis ab una parte accesserit, quantum ab alia. Si uero ab una parte plus accessit molis quam ab alia, nihilominus rotunda facta est terra. Maior enim portio minorem, quæ antegressa est, semper impulit eō usq;, donec extrema utrinq; æquabiliter à medio distarent. Hoc idem Mathematicis φαινομένis tum deficientis lunæ, tum alijs quoque ostendunt, quæ ab ipsis commodius discuntur. Terram porro esse rotundam, ita intelligendū est, si aquæ elemen- tum illi adiiciatur. Aqua enim una cum terra glo- bum constituit. Neque enim maris superficies ter- ræ superficie est altior, ut inepti quidam existi- mant. Neq; etiam, ut Plinij uerbis utar, absoluti orbis est forma in tanta montium excelsitate, tan- ta camporum planite: sed cuius amplexus, si ca- pita linearum comprehendant ambitu, fi-  
guram absoluti orbis efficiat. Nos de  
his rebus hic differendi finem  
faciamus.

Tunc exponemus argumentos, quod non facilius formare hoc certum esse hoc corporis rotunditatem. Propositio IV.  
propositio 17 Euclidis lib. 3:

Si enim plumbum conicis linea continetur  
quaeritur pars recta illa plumbum in ambitu suo

*Terra cum aqua  
congitur globum*

*Vix ab solida  
cavitate forma*

*Et cumque que-  
tibus fieri fabri-  
cari natura oper-  
e solle*

C O M P E N D I V M   L I B R I  
 Tertij de Cœlo. <sup>8<sup>ta</sup> Capitula</sup>

De primo cœlo, eiusque partibus, &  
 astris que in hisce uisuntur, satis haec tenus  
 dictum reor. Nunc de reliquis duobus sim-  
 plicibus corporibus, quorum unum à me-  
 dio, alterum ad medium ferri ini-  
 tiò dictum est, audire ali-  
 quid cupio.

Rectè mones: simul autem de ortu & interitu  
 quoq; dicendum erit. Aut enim hæc corpora, &  
 quæ ex ijs constant, oriuntur & occidunt: aut ortus  
 & interitus rerum nullus est. <sup>aut ei solomoni est aut</sup>  
 Fuerunt ne qui hoc quoque  
 dicerent?

Parmenides & Melissus, nihil gigni, nihil quod oc-  
cidere dicebant, sed nobis ita uideri duntaxat.  
 Quanquam Parmenides nō de rebus naturalibus,  
 quas appellabat hexa & logos, in quibus has uices  
 esse non negabat: sed τοπι τῶν ὄντων ὄντων, quæ  
 appellabat hexa & λόγοις, quæ sempiternæ sunt,  
 loquutus esse uidetur. Alij contrà, omnia orta esse  
rebant: quorum quedam rursus interirent, quædam autem  
perpetuò permanerent. Heraclitus nihil esse & permanere uel momento temporis: sed  
cuncta fieri, & instar aquæ fluere. <sup>n Plato</sup> Quidam ex  
superficiebus corpora orta esse dicebant, in eademque  
rursum per interitum resolui: de quibus duntaxat  
hoc

hoc loco nobis aliquid dicendum reor, cum superiorum opiniones, quid ueri aut falsi habeant, alias sit indicatum.

Recténe igitur corpora ex superficiebus colauisse.  
censuerunt?

Nequaquam. Cuius enim in Mathematicis disciplinis mediocriter uersato euident est, quam hæc opinio illi discipline repugnet. Præterea, qua ratione dicitur corpora ex superficiebus componi, eadem ratione superficies ex lineis, & lineas ex punctis componi fatendum erit: quod quam absurdum dicatur, libris De motu est explicatum. Accedit hoc, quod corpora naturalia aut omnia, ut Timæo uisum est: aut quædam, ut nobis placet, grauitatem habent. quod fieri non posset, si ex superficiebus, hæ autem ex lineis, istæ porro ex punctis essent compositæ. Etenim cuius partes graues non sunt, ipsum graue esse qui posset? Punctum uero nullum esse grauitate præditum, ista ratione liquet. Etenim quod est graue, grauius aliquo esse potest (habitum enim omnes intendi & remitti possunt) quare punctum quoque si esset graue, aliquo esset grauius: ex quo consequeretur, ipsum esse diuidum: quod naturæ eius prorsus repugnat His alijsq; consequentibus absurdis, istius opinionis falsitas coarguitur.

*Oe grano finiſibilo ut. Punctum autem in finiſibili ipſo ſupponit. Cogit. Vnūllos me ponas tunc, non corpora contraria pugnam*

Habentne

Habent ne corpora hæc motus  
quosdam secundum  
naturam?

*2* Habent, ex quidem necessariò. nam moueri  
hec corpora, sensu ipso est exploratissimum. Quapropter si proprium ex naturalem non habent mo-  
tum uiolenter sanè mouentur. At uiolenter moueri  
*mouenter moue-  
ri quid es?*  
aliud nō est, quām præter naturam moueri. Motus  
autem præter naturam nullus esse potest, nisi alius  
quispiam sit secundum naturam, cui ille contrariè  
opponatur. Et si multi sint cuiuslibet horum cor-  
porum præter naturam, unus tamen solum cuilibet  
secundum naturā erit. Nā secundum naturam sim-  
pliciter quodlibet corpus: præter naturam autem  
multifariam moueri contingit. Ex quo intelligitur,  
quām inconsideratè loquuti sint Democritus et  
Leucippus, qui atomos, quas ipsi rerum omnium  
elementa dicebant, semper moueri mutuis impul-  
sionibus in infinito mani statuebant: cùm quis sit  
illorum motus secundum naturā non prodiderint.  
Nam quod alio impellēte cietur, quid uerius, quām  
ipsum uiolēter moueri? Ergo aut primum aliquod  
erit quod naturaliter mouetur, aut infinita erit se-  
ries impellentiū impulsorumq; corporum. Eadē se-  
rē contra Timæū dici possunt, statuetem, antequam  
mundus nasceretur, elemēta inordinate temerarijs  
ac turbulentis motibus fuisse agitata. Nā si uiolēter  
moueban-

mouebatur, quæri potest, quis fuerit motus illorum secundum naturam, qui semper uiolento, atque eo qui præter naturam est, prior existit? Sin naturaliter mouebatur, necesse est iam tum mundum fuisse, utpote corporibus omnibus sua naturalia capessentibus loca: qui ordo nihil aliud est quam mundus. Quanquam Platonem uerbis tantum ab Aristotele dissentire existimo. Nam etiam Plato mundum semipiternū esse iudicat. Istam autē suam ~~παντούς~~ in Timaeo ideo introducit, ut ostendat τὸ σαρτάξινον διάθεσιν εὐτῷ ὑλῇ ὑπὸ τῆς θηριόγενης καὶ γαίας τοντος prouenire: quod non inuitus cōcedit etiam Aristoteles.

**Quibus motibus hæc corpora secūdum naturam carent?**

Aut à medio, aut ad medium, secūdum nimirum lineam rectam.

**Quibus naturæ momentis?**

Grauitatis et levitatis. Etenim ut cœlestè corpus utriusq; est expers, quæadmodum suprà docuimus: ita quæ sub luna sunt corpora, omnia uel grauia uel leuia necessariò existunt. Beatorum etiam corpora glorioſa, quia momento ex absque motionis moralocum ex loco mutare poterunt, nec grauia erunt, nec leuia. Nam grauitatis ex levitatis habitibus dispensantur motus naturalium corporum: quæ duxéperatōv θυγτοῦ σώματος, nō erit in glorificato corpore.

**Qua**

*Quæ sub luna  
ita sunt grauia  
uel leuia*

Si quis dicat, aliquod esse corpus gravitatis expers, quod deorsum feratur: et aliquod non leue, quod sursum: fiet, ut quod est graue, et quod non est graue, deorsum & equali tempore feratur: eodem modo quod est leue, et quod non est leue, sursum. Nam poterit inueniri aliqua pars grauis corporis (quum sit in infinitū diuidū, et motus etiā omnis tempore quodā perficiatur) quae eodem tempore certum aliquod pertranseat spaciū, quo corpus gravitatis plenē expers. Idem in leui et nō leui corpore accidit, quae accuratisimis rationibus à nostro philosopho demonstrantur: nos breuitatis causa omissimus, in instituto compendio seruientes.

Quae corpora nasci & interire  
dicuntur?

3 Ut suprà diximus, aut elementa, aut quae ex elementis constant. Nam cœlestē corpus ab hac forte esse exemptum, suprà monstrauimus.

Quid igitur elementum est?

Elementum quid Elementū est, in quod cetera corpora diuiduntur, cum insit uel actu, uel facultate; ipsum autem in ea quae specie differunt, diuidi non potest. Eodem planè modo definit elementum, lib. 8. Metaphysic. nisi quod hic ratione diuisionis, illic autem ratione compositionis definiatur. Nec aliā habet interpretationem.

*Et corporis naturales proprie<sup>tes</sup> motus. Motus autem praeclarum / simplices, in  
praeclarum magis, et motum motu. Simplicium Simplicius Ergo  
corpora & & Simplicia quatuor sunt, sicut & ut simplices motus*

## EPITOME.

148

tationem Galeni definitio: Elementum est minima definitio Galeni pars eius rei cuius est elementum. Nam minimum etiam ipse interpretatur primum, et natura simplicissimum, quodq; in alia dissolui non posset. Quod uero adiicitur in definitione, elementa esse in rebus mixtis uel actu uel facultate: ideo factum est ab Aristotele, quod res illa adhuc habeat cōtrouersiam, quæ altero De ortu & interitu uolumine decidiatur. Nam Anaxagoras, Empedocles, & quotquot οὐνγίοι ναὶ διαγίοι res gigni & interire dixerunt, elementa actu in rebus compositis inesse, pro exploratissimo habuerūt. At Hippocrates, Aristotle, & quotquot ἀλογίοι res gigni sentiunt, potentia elementa in mixtis esse perhibent. cc

Sunt ne elementa numero infinita?

*Composita non sunt elementa  
minima Ergo non simili-  
tans partes*

4 Anaxagore ita uisum est, qui similarium partium corpuscula pro elementis posuit, quæ innumerata in singulis rebus inesse opinabatur. Item Democrito & Leucippo, qui atomos innumerabiles figuris discrepantes elementa rerum esse tradebant, quorum concurso & complexu omnia generarentur. Harum uero opinionum falsitas etsi multis cōsequentibus absurdis coargui potest, tamen uel hoc argumento duntaxat euerti possunt, quod uideamus eos qui finita statuunt principia, ut facit Empedocles, non minus commode, immo saepe mul-

*Corporum differentias sunt finitas to commo-  
Ergo si Elementa non  
Simplices motus in loca finita sunt  
Ergo si Elementa*

to commodius omnia in naturali philosophia demonstrare, quām infinitorum authores principiorum. Proinde longē melius est, finita numero elementa ex principia, et quidem quām fieri potest paucissima statuere (quemadmodum etiam in alijs disciplinis fieri id uidemus) quām innumerā.

Est ne unum elementum?

5 Fuerunt qui unum duntaxat rerum omnium dicent elementum: ut Thales, qui aquam: Anaximenes, qui aërem: Heraclius, qui ignem: Anaximander, qui corpus quoddam aqua rarius, aëre autem densius in naturam rerum pro elemento introducit. Sed hos omnes errare et decipi, planum facimus. Ac initio quidem, qui aut aquā aut aërem, aut corpus aqua rarius, aëre densius, pro elemento rerum defendunt: ij raritate et densitate cætera omnia gigni arbitrantur. Vnde cuilibet promptum est colligere, eos, et si hoc nō animaduerterint, aliquid elemento prius cōstituere: quod quām sit absurdum

*Generatio genitrix* dictu, nemo non intelligit. Etenim si generatio nihil aliud est, quām compositio quedam: dissolutio autem, in elementa est diuisio quedam, et restitutio tenuioris corporis, qua ex concreto et composto fiat rarius et simplicius: dubitandum minime est, quin corpus, quo sit rarius, eo magis pro elemento sit habendum. Quocirca cum etiam ipsis authoribus,

authoribus, ignis omnium corporum sit rariſſimum: negare non poterunt, quin his quæ ipſi pro  
elementis numerant, prior sit, adeoq; pro elemen-  
to ſolus celebrandus. Porro qui ignis ſubtantiam  
principium ex elementum ceterorum dicunt eſſe,  
ut hanc quam modò diximus, ex alias nōnullas ab-  
furditatem uitant: ita in non minus graue m repre-  
bentionem incident. Horum enim quidam, quod  
pyramidiſi figura ſit ignis: alij, quod tenuiſſima  
ſit ſubtantia, pro elemento eam numerant. Quia  
 uero corpus omne diuiduum eſt, ſiquidem pyra-  
 midali ſit figura ignis, non diuidetur ignis in ignes,  
 quemadmodum nec pyramis in pyramides. Sim uero  
 propter exilitatem magnitudinis, hoc eſt, quod  
 ſit tenuiſſimus, et minimas habens partes, ele-  
 mentum reliquorum ſtatuetur: erit aliquid elemen-  
 to prius, atque hoc in infinitum abibit. Nam pro-  
 gressu infinitæ ſectionis nullū occurrit minimum:  
 ipſi uero, quod minimarum ſit partium, pro ele-  
 mento ponunt. Hoc uero commune erratum eſt o-  
 mnium eorum, qui unum ſolum elementum ſta-  
 tuunt, quod fateri coguntur, unum duntaxat eſſe communis anti-  
 motum naturalem rerum omnium: cum tamen guoni error  
 uideamus, ad loca contraria, corporalia natura-  
 liter ferri. quod nequaquam fieret, ſi ex uno om-  
 nia eſſent orta elemēto: nam propter cognitionem  
 naturæ fieri non poſſet, ut ad contraria naturaliter  
 ferrentur

Euclides lib.  
 12. prop. 3 in  
 duas pyramidēs & duo  
 prismata di-  
 uidi pyramidēm docet.

ferrentur loca. Ex his quæ hactenus dicta sunt, abundè liquet, nec infinita numero esse elementa, nec unum tantum. Superest ut ostendamus, quot sint. Prius tamen querendum uidetur, æternæ ne sint & immutabilia, an uero orta intereant?

Sunt' ne igitur elementa æterna?

6 Nequaquam. Nam igne, aërem, aquam, denique unumquodq; simplex dissolui uidemus. Hanc autem dissolutionem non causa alicuius partis elementis inesse: sed ipsam elementorum substantiam & naturam perpeti ortum & interitum, hac ratione liquet. Si dissolutio illa quam in elementis cernimus, non ipsorum substantiae est uernacula, aut durabit tempore infinito, aut alicubi consistet. Si dicatur durare tempore infinito, aliud quoddam erit constituentium tempus infinitum compositonis corundem. nihil enim eodem tempore & fit & perit. Duo ergo erunt tempora infinita: quod fieri non potest. Proinde consistet alicubi hæc dissolutio. Illud porro in quo consistet, aut inseabile prorsus erit: aut diuidi quidem causa quantitatis poterit, sed substantia eius erit, indissolubilis: hoc est, interire non poterit. Inseabile quidem dici non poterit propter eas rationes, quibus ostenditur corpora naturalia non componi ex inseabilibus. Nec diuiduum quidem causa quantitatis, ratione autem substantiae indissolubile dici poterit. Videmus enim,

quo'

Nimis corpus facilius quam natus consumptus  
ignis motis consumptus, et à contraria cum syngni inv.  
et afflito manefens.

## E P I T O M E.

145

quo quiduis sit exilius, eo facilius dissolui et interire. Si igitur multus ignis extinguitur: multo facilius scintillula quæpiam dissoluetur. Ex quibus omnibus concludendum, non per accidens, hoc est, aliquo modo: sed ex omni parte, adeoq; substantiam elementorum ortui et inititui obnoxiam.

Vnde generantur elementa?

*multis ratione qualiter*  
*Ex semetipsis uicissim, et alternis.* Nam ex aliquo incorpooreo nasci non possunt: alioqui enim inane aliquod separatum statuendum esset. Nam illud in quo generaretur elementum, aut incorpo  
reum esset, aut corporeum. Si corporeum, duo corpora simul erunt in eodem: id nimirum quod generatur, et id in quo. Si incorporeū, erit inane à corporibus separatum. Restat ergo, ut nasci dicamus elementa ex aliquo corpore. Hoc uero si à natura elementorum diuersum fit, erit nimirum aliquid elemento prius: quod per absurdum est. Reliquum ergo est, ut elementa in se mutuo dissolui, atq; ex se inuicem nasci dicamus: quod erat demonstrandum.

Quo pacto elementa ex se inuicem generantur?

Modum istum alij aliter descriperunt. Empedocles et Democritus secretione quadam et coagmentatione minutissimorum corpusculorum, cum elementa, tum alia omnia gigni existimabat. quæ si uera sit opinio, nulla iā prorsus erit rerum

k genera-

generatio, sed apparebit duntaxat: quum nimis tam  
ista, quam comminiscuntur, secrezione nihil noui  
oriatur, sed quod prius inerat, tanquam ex usque  
quodam effundatur. Fuerunt alij, qui ex planicie-  
bus quibusdam elementa constare dicebant, qua-  
rūm dissolutione unum ex alio gigneretur. Contra  
quos, ne simus prolixiores, ea que in itio huius li-  
bri diximus, denuò repetamus. Alij suas quasdam  
figuras singulis elementis proprias tribuerunt,  
que si mutentur (ut si pyramis mutetur in octohe-  
drum) gigni unum ex alio, ut aerem ex igni, arbi-  
trabantur. Sed his præter alia etiam hoc occurrit  
absurdū, quod fateri cogūtur, corpora hæc non esse  
diuidua. Nam si diuiderentur, neq; ignis in ignes,  
neq; terra in terras diuideretur: cū neq; pyramis in  
pyramidas, neq; cubus in cubos semper diuidatur.

8 Nos uero naturā ipsam sequentes ducem, quam  
uidemus perpetuò ex indefinito & informi facere  
definitum, & forma naturali præditum: dicemus,  
propter materiam primā, (quæ ut nullam formam  
peculiarem habet, ita omnium est capax, & pro-  
inde wærdexes à Platone rectè dicitur) simplici-  
ter, non aliquo modo, fieri primum elementa, ex se  
inuicem, mutatis qualitatum patibilium differen-  
tias: deinde ex his (quæ respectu mixtorū etiam in-  
definita sunt, & pro materia ritè habētur propter  
qualitates confusas, mixtasq; ) gigni cætera omnia

*S. Elomora posse in figura non esse ultimam corundem  
morfasis. Propter secundam*  
*S. figura facili Elementis seu plasmatis eius corpora  
afformantia*

*Marc'ef's*

*Floruit in ipsius  
mortua Graeca  
& amplexu*  
 Exundem actionibus & perpetzionibus. hæc enim instrumenta ortus & interitus naturalia rectissimè dicuntur. Differunt ergo clementia inter se, non figuris, ut Timæo uisum est: sed propriissimæ eorum differentie sumuntur à facultatibus ex qualitatibus, præsertim primis, ex rationibus atque perpetzionibus que ab hisce proficiuntur.

C O M P E N D I V M   L I B R I   Opuscula in loco qdlibet  
 IIII. de Cœlo. Etiamq[ue] elementa sunt  
*gratia motu  
naturali recte  
mobilis sunt*

Quot sunt elementa?

*Habentur tres  
modi: leue, graue  
& medium.*  
**A**nteaquam hoc ostendamus, de grauite et leuite quedam dicēda sunt. ab hisce enim habitibus motus naturalium corporum proficiuntur, suntq[ue] uigor et quasi uita elementorum. his enim conseruantur et mouentur naturaliter: non autem, ut alijs qualitatibus, corrumpuntur ex intereunt.

Quot modis dicitur aliquid graue aut leue?

Duobus modis: simpliciter, et comparatione ad aliud.

Quid est leue simpliciter?

Quod semper sursum fertur, et ad extreum.

Quid est graue simpliciter?

Quod semper deorsum fertur, et ad medium.

Quid est leue aut graue comparatione ad aliud?

Quando duobus existentibus grauibus, eadem

148 PHILOS. NATURALIS  
magnitudine præditis, eorum id quod deorsum ce-  
lerius fertur, grauius dicitur: quod tardius, leuius.

Quo pacto graue & leue ueteres defi-  
nierunt Philosophi?

Videntur illi non de leui & graui simpliciter,  
sed de eo duntaxat quod collatione ad aliud dici-  
tur, loquuti esse. Plato quidem in Timæo grauius  
id esse dicit, quod sit compactum ex pluribus eius-  
dem naturæ partibus: leuius autem, quod pauciori-  
bus constet partibus eiusdem naturæ. Omnia  
enim, quanquam uulgo non uideatur, ex eisdem  
atq; una materia procreata: ratione cuius omnia  
sint similium partium, quatenus nimirum ex trian-  
gulis eiusdem naturæ sint constituta. At uero si  
ignis propter paucitatem triangulorum sursum ef-  
fertur, grandior ignis minus extollitur in altum,  
atq; omnino grauior erit: si quidē è pluribus sit con-  
stitutus triangulis. At contra euenire cernimus. nam  
quo maior est ignis, eo leuior est, et oculus sursum  
effertur: ac è superiore loco parvus ignis minore  
negocio quam magnus detrahitur. Democritus &  
Leucippus leuius id esse dixerunt, in quo imanita-  
tis plus sit admixtum: eamq; ob causam fieri, ut interdum  
grandia corpora exilibus sint leuiora. Et  
(quod tamen alio quodam loco refutauimus) om-  
nia ex inani & pleno constitui. At ut permittamus  
illis, ut suis utantur principijs: his ipsis tamen, non  
recte

Graue / leuius  
Platonem quid

Leue

rectè definiendo leui, usos esse, ostendamus. Non enim satis est dicere, leuius esse id in quo plus sit inanitatis: sed adiiciendum erat, ex solidarum partium minus. hoc enim nisi definitioni addatur, sequetur, nihil esse leuius. Etenim ignem dicunt esse leuissimum, quod multo inani abundet. Iam fieri potest, ut in auro plurimo plus admisceatur inanitatis, quam in exiguo igne: quare magna uis auri exiguo igni erit leuior, quo nihil cogitari potest absurdius. Ergo, ut diximus, ita erat definiendum leuius: id nimirum esse, in quo inanitatis plus, solidarum autem partium minus sit ad mixtum. Adeò uero inanitati innixi sunt prisci philosophi quidam, ut si qui eorum inane in natura rerum nullum esse certis rationibus inducti crederent, ut Anaxagoras & Empedocles, ijdem de graui & leui ne uerbum quidem facerent: quasi absq; inani, graue aut leue quid esset, explicari non posset. Alij nullam prorsus causam attulerunt, cur simpliciter grauia semper deorsum, ex simpliciter levia semper sursum ferrentur: item, cur quedam maiori magnitudine praedita, leuiora essent quibusdam admodum exiguis, nullam fecerunt mentionem: que nos deinceps, principijs legitimè ex scienti constitutis utentes, paucis ex planare studebimus.

Quæ igitur causa est, quod quedam semper sursum, alia semper deorsum sua natura ferantur: nonnulla uero alias sursum, alias deorsum?

*Tres species motus*

3 De motu illo, quo elementum quodvis in suum locum fertur naturaliter, non est aliter sentiendum, quam de alijs motibus naturalibus. Tres porro esse species motus, in Physicis demonstratum est. Nam mouetur res aut ratione quantitatis, aut ratio ne qualitatis, aut causa loci: in quibus omnibus nihil mouetur temere in quodvis, sed ex contrario in contrarium, aut in medium quod rationem contra

*Sicut mobilium naturae definetur et mouentur*

rij obtineat. Et quæadmodum mobilia natura sunt distincta, ita quoq; mouentia. non enim quidvis mouere quamlibet rem ualeat. Sed quemadmodum quod alteratur, differt ab eo quod crescit: sic alterans ab augēte causa discrepat. idē iudicandum est de mouentibus atq; mobilibus loco. Quæadmodum ergo mouens rem mobilem non in quanicunq; formam traducit, sed in eam ad quam aptum est: ita ad locum quoq; suum quamlibet res naturaliter fertur, tanquam ad formam suam & perfectionem. Locus enim forma quodammodo est, ex perfectio locati corporis: ut etiam in Physicis est ostēsum. Atq; ista quidē ratione defendi potest quod ueteres dixerunt

*Simile ferri ad simile*

Physici, simile ferri ad simile. Nam si hoc simpliciter ita intelligatur, quod propter similitudinem sub-

*Sam. 2. 2. 2. quod sagittus est, et quod in celo stantis caloris fieri ut ad malorum fortia. Et continuo hoc iudicium proprietas ex forma opposita uoluntate. Quia in exhortatione arbitriu[m] non solum uoluntas conservanda, sed etiam generanda; q[uod] in motu. Et ergo calores et uentus te sibi, q[uod] uicimus in orbis orbita. At non calores et uentus te sibi, q[uod] non uicimus in orbis orbita. Et tunc q[uod] nō uicimus in orbis orbita.*

stantiae carum rerū ad quas adgregarentur, similia  
 similibus copulentur, et non causa loci falsissimum  
 id esse deprehenditur. Etenim si terra uia quadam Hippoc.  
 detineretur eo loco quo nunc luna est, certe partes  
 terrae noui ad totam accumularentur, sed medium  
 capessent locum. At si ita intelligatur quemad-  
 modum nos accipimus, causa nimirum loci perfici  
 eodem modo partes quo totum, eamq; ob causam  
 eundem motum habere, ex eodem incitari natura-  
 liter, nihil potest dici rationi magis consonū. Proin  
 de si quis ex nobis querat, cur ignis semper sursum  
 terra semper deorsum: aer uero si in aqua sit collo-  
 catus, sursum: si in igne, deorsum feratur: nō minus  
 inepte ille faciet, quam si qui sciscitetur, cur sanabi-  
 le, quatenus sanabile, si moueat, in sanitate potius  
 quam in albedinem promoueat: ex augmentabi-  
 le, si quatenus augmentabile moueri incipiat, non  
 in sanitatem potius quam in maiorem quantitatem  
 traducatur. Quemadmodum enim sanabilis forma  
 est, ex perfectio sanitatis: ita ignis suus, quo naturali-  
 ter continetur ex perficitur locus. Idem de reliquis  
 diff. iudicandum. Veruntamen inter causas ceterorum  
 motuum, ex causam motionis sursum ex deorsum,  
 hoc uidetur interesse, quod ille motiones ab exter-  
 no motore continentur: horū autem causa est p̄ae-  
 dita interno momento, nempe grauitatis ex levita-  
 tis: quæ quemadmodum uita eripi sine interitu ui-  
 tientur. Latet & plures locatij  
 a. plures locatij  
 b. plures locatij  
 c. plures locatij  
 d. plures locatij  
 e. plures locatij  
 f. plures locatij  
 g. plures locatij  
 h. plures locatij  
 i. plures locatij  
 j. plures locatij  
 k. plures locatij  
 l. plures locatij  
 m. plures locatij  
 n. plures locatij  
 o. plures locatij  
 p. plures locatij  
 q. plures locatij  
 r. plures locatij  
 s. plures locatij  
 t. plures locatij  
 u. plures locatij  
 v. plures locatij  
 w. plures locatij  
 x. plures locatij  
 y. plures locatij  
 z. plures locatij

Ergo graui-  
 tas & levitas  
 est anima?  
 Respondeo,  
 nequaquam:  
 anima enim  
 agit in cor-  
 pore organi  
 co, hæc non.

Secunda differen: Latet & plures locatij  
 a. plures locatij  
 b. plures locatij  
 c. plures locatij  
 d. plures locatij  
 e. plures locatij  
 f. plures locatij  
 g. plures locatij  
 h. plures locatij  
 i. plures locatij  
 j. plures locatij  
 k. plures locatij  
 l. plures locatij  
 m. plures locatij  
 n. plures locatij  
 o. plures locatij  
 p. plures locatij  
 q. plures locatij  
 r. plures locatij  
 s. plures locatij  
 t. plures locatij  
 u. plures locatij  
 v. plures locatij  
 w. plures locatij  
 x. plures locatij  
 y. plures locatij  
 z. plures locatij

*Initium ipsius motionis suorum*  
 uentium non potest, ita à substantijs naturalibus, quin simul intereant aut perimantur, auferri momenta hæc non possunt, aut aboleri: nec si respi-  
 cias hos habitus, secundum & præter naturam af-  
 fici possunt elementa: quod tamen in cæteris qua-  
 litatibus usuuenit, quum elementa contra naturam  
 quoq; sustineant qualitates alienas, ut aqua calo-  
 rem, aer frigus, &c. Initium autem istius motionis  
sursum uel deorsum, à lignente causa fit. Nam  
 quod lignem facit, idem quoq; calorem, raritatem,  
 levitatem, motumq; ei conciliat ad superna: &  
simul fit ignis, & ad superna fertur. Factus autem  
 iam ignis, in loco supero continetur & conserua-  
 tur naturaliter: è quo si per uim fuerit detractus,  
sublato impedimento, statim ad locum illum suum  
naturalem fertur, actu nimirum illo à lignente cau-  
sa sibi concesso & tradito. Iam quod quedam  
grandiora leviora sint exilibus, causa est raritas  
 corporis: qua fit, ut sub ingenti magnitudine pa-  
 rum materiæ contineatur. Densum autem & soli-  
 dum ob eandem causam grauius est, quod plus in  
 eo contineatur materiæ.

Quur in suum quodus locum mouea-  
 tur, ex his quæ dixisti intelligere mihi ui-  
 deor. nunc quæ horum sit differentia,  
 Caput 4. cupio discere.

Est quoddā corpus simpliciter leue; est aliud sim-  
 pliciter

pliciter graue. Ac simpliciter quidē leue est illud, quod super omnia eminet: simpliciter graue, quod sese ceteris omnibus subiicit. ita enim omnibus uidetur. Simpliciter aut dico, respiciens ad genus & substantiam eorum: ut quae non causa alicuius accidentis grauia aut leuia dicātur, neq; etiam utrāq; quodammodo participant qualitatem, ut aer & aqua. Ita sanè ignis simpliciter leuis est: nam quilibet eius pars ad supremum locum contendit. & terra simpliciter grauis: quilibet enim eius pars deorsum uergit. & quo partes horum elementorum grandiores fuerint, eo celerius ad sua loca mouebuntur. Aqua autē & aer nec leuia nec grauia simpliciter sunt: nam utrūq; terra leuius, igne autem grauius existit. nam supra terrā eminet: igni autem sese subiicit utrunque horum, & omnes eorundem partes. Ceterū inter se si comparentur hæc elemēta, aqua simpliciter grauis, aer autem simpliciter leuis dicēdus erit. aqua enim aeri subiicitur, aer autem supra aquam effertur. Quae ex his quatuor elementis sunt composita, grauitatem quoq; & levitatem sortiuntur ex horum mixtura. Proinde ex simplicium natura, causa motionum in corporibus compositis petenda erit. In his uero aliter quam in simplicibus corporibus ratio grauitatis & levitatis cōparata esse interdum deprehēditur. Fit enim, ut aliquid alio sit grauius, sed non quouis in loco.

*Mixta corpora in oī loci k<sup>5</sup>* Verbi  
*in tunc cognitum grauitatē*  
*& levitatem*

Verbi gratia, lignum quod talenti unius pondus habet, plumbi libra in aere est grauius: in aqua autem ne graue quidem, sed leue. nam plumbum in aqua decidit, lignum natat. Causa huius diuersitatis à natura primorum corporum, ex quibus hæc sunt composita, petenda est. Ea namque omnia habent <sup>AB</sup> grauitatem, excepto igne: ex levitate, excepta terra. Proinde terra & terrestria omnia ubique sunt graua: aqua & aqua ubique sunt graua, excepta terra: aer & aria ubiq; sunt graua, excepta aqua ex terra. Quodvis enim elementum, excepto solo igne in suo loco est graue. Proinde cum in ligno aeria natura superet terream & aquam, in aere sanè graue est, cum eo sustineri non posse: in aqua autem leue, in ea enim natat.

Est' ne quod sit simpliciter graue, &  
quod sit simpliciter leue?

<sup>Cuomo de alijs Corpis / myli ab  
Tunc</sup> De graui nemo unquam dubitauit. Esse autem etiā quoddam corpus quod sit simpliciter leue, hac ratione ostendimus. Terram ob id grauiissimā dicunt, quod omnibus subflet. Cum autem uideamus ignem super omne efferri, etiā supra ipsum aerem, aere interim quiescente, ex igne autem & supra ignem nullum efferri corpus, eadem ratione erit dicendus leuisissimus: id est, simpliciter leuis, cum nulla portio grauitatis inesse ipsi cernatur, causa cuius alicui sese subijciat corpori. Esse autem medium ad quod

quod ferantur grauia, & à quo ferātur leuia, ex eo  
liquet, quod in infinitū moueri nihil potest. Quod  
enim esse non potest, id ne fieri quidem potest. La-  
tio autem est, generatio quedam: ergo definitum  
esse oportet id, ad quod fiat. Porro si quod omni-  
bus subest, ad mediū fertur: quod super omnia emi-  
net, ad extremam mundi oram feretur. Quare duo  
sunt substantia & natura distincta corpora: quo-  
rum unum sit simpliciter leue, alterum simpliciter  
graue: quoniam etiam loca quibus continētur, sunt  
diuersa, summus nimirum, & imus. Quapropter  
medium quoq; inter hæc aliquid esse oportet: nam  
extrema sine medio cohædere non possunt. Ergo  
quæadmodū est simpliciter leue, & simpliciter gra-  
ue: ita erit aliud quoddā collatione leue, item aliud  
collatione graue, in medio isto loco collocatū: hu-  
iusmodi uero sunt aqua & aer. Ita uero hæc omnia  
inter se coniunguntur, & naturæ quadam societa-  
te copulantur, ut superiora species quasi et forme  
sint inferiorū, hæc uero se illis instar materiae subij-  
ciant. Quod quidem in alijs etiam motibus accidit:  
ut in omnibus cōtrarijs unū formæ, alterū materiae  
magis rationem obtineat. His autem duabus quali-  
tatis subiecta est materia prima, quæ ens non est  
actu, ut aliarum qualitatū subiecta sed potētia. Est  
autē subiecto una, rationibus tamen discrepat. Per-  
mutatur uero in actū gravitatis aut leuitatis duab.  
Sicutque p̄ hoc tenet in the affectionibus

*Secundū p̄ hoc tenet in the affectionibus*  
p̄ uerū sunt cōmūnūs qualitatēs p̄ se p̄ se p̄ se  
r̄lōnūs. Sunt q̄ tñs s̄nt cōmūnūs. Cūlūs? Ē qualitatē  
sunt cōmūnūs. Sunt i.e. s̄nt māt̄, om̄ne i m̄p̄f̄b̄los  
se cōl̄dui or̄fuḡdui, h̄z̄m̄dui or̄fuḡdui  
iḡis / cōl̄dui Air H̄z̄m̄dui / H̄z̄m̄dui  
Secundū Fr̄ḡ. T̄rdū / H̄z̄m̄dui  
T̄rdū

Cap. 5

affectionibus, ~~των νόσων καὶ φυγών~~, quo efficitur ut horum quadruplex sit materia, ut ita loquar, secundaria. sua enim ~~των νόσων καὶ φυγών~~ quodlibet generatur elementum. una autem est communis omnium materia: alioqui enim ex se mutuo generari non possent. Ex quibus omnib. intelligitur, grauitatem & leuitatem motionis horum corporū causam esse. Figura autē facit, ut quædam celerius, alia autem tardius moucantur: id quod isto exemplo intelligitur. Plumbum in tenuissimas ductū laminas, in aqua non mergitur, alia uero multo leuiora merguntur. Causa cur istud fiat, hæc est: quod mediū per quod mobile fertur, diuidē à mobili oportet. Quædā

~~Facilius & uelut~~  
~~q[uod] facilius & rorat~~  
~~propter p[ro]m[oti]onem~~

autem facilis, quædam ægrius diuiduntur. Et una figura ad diuidendū, quam alia, est aptior; & quod minus est in quolibet genere, facilius diuiditur eo quod maius est. Cum ergo plumbum in tenuissimas ductum laminas multum aquæ occupet, acus autem parū: fit, ut plumbum natet (magna enim uis aquæ diuidi ab illo non potest) acus autem decidit, ut potest quæ parum aquæ occupet, quam facile diuidere possit. Hæc de graui & leui hactenus dixisse sufficiat. Deinceps uero alterius tractationis à nobis capiatur exordium.

~~Per ut ē informata nō dī cōfī corpos~~  
~~reū corpos nō leuis nō colligat membrorum~~

FINIS LIBRORVM

In primis libra de Genes. i. 1 Corinpi. doct. grecorum in mon. eorum. "Ueraculus sicut augmantatus non erit COMPENSATIONUM. ut ergo lucrum patres in misericordiam et mortis suorum, et lucrum ueritatis & probitatis et caritas

## De Cœlo.

COMPEN-

Hactenus in lib. pty suo differtur in communis de corporis natura  
nō & hanc in lib. illud ad eadem a figura rotis motus. Postea in lib.  
de Cœlo magis proposita de illa diffinitur, et quo modo illud mo-  
tum motu circulare. In sequentibz eam habet de illa in quantum

**EPITOME.** 157  
mobilis sive ad formam substan-

# C O M P E N D I V M

Subiectum hunc habemus ex corporis natura  
mobilis IN DVOS DE ORTV ad formam sive  
substantiam vel interitu libros. Habet in lege nam in corpore  
accidit ratione

## L I B E R P R I M U S.



Actenus de primis & simplicibus  
naturæ corporib. differuimus: nūc  
ad ea quæ ex illis cōponuntur, no-  
stra sese cōuertet oratio: quæ non,  
ut illa, perpetua esse: sed oriri, cum  
antea non fuerint, rursusq; occidere, & incremen-  
ta molis suscipere, cumq; ad summum peruerent,   
iterum minui, ac uarie commutari constat. In qui-  
bus illud admiratione est dignissimum, quòd sempi-  
ternae illæ sunt ortus atque interitus uices. Cumq;  
illud sit eidens, nihil eodem statu perdurare, sed  
quotidie multa occidere, imò uero cuncta interitus  
obrui: nihilominus tamen hæc ipsa rursum reuinisci-  
scunt, & interitus ipso perpetua esse cernuntur: ita  
ut quamvis omnia fato suo fungātur, tamen natura  
perpetuitatem quandam uicibus istis ortus & interitus  
molita sit. Quorum omnium causas breuiissi-  
mè, sequentes uestigia Aristotelis, explicare cona-  
bimur.

De generatione igitur quid est  
quærendum? Cap. 1

Primum, sit nec ne generatio & interitus sim-  
plex

158 PHILOS. NATURALIS  
plex? Secundò, quo modo, seu quibus causis committit  
nisi misfit.

Quare dicens, generatio simplex?

Quia est alia quædam generatio naturalis et im-  
propriè dicta, qua non substâlia noua dicitur oriri,  
sed prius existens, aut ratioe qualitatis, aut ratione  
quantitatis, aut ratione loci, nouam adquirere for-  
mam: de qua hoc loco nobis sermo non est.

Est ne igitur generatio simplex?

*Antiq. pomeris  
unum principium  
auctoribus genere  
litione*  
Si qui ex veteribus philosophis unum statuerūt  
rerum principiū, siue, ut Parmenides et Melissus,  
non physicè locuti sint: siue ut Physici, aut aquam,  
aut aerem, aut ignem, aut corpus aliquod medium  
illud esse dicerent: ijs fateri necesse fuit, generatio  
nem interitumq; simplicē prorsus nullum esse, sed  
duntaxat commutationem, seu (ut nostris physicis  
usitato uerbo utar) alterationem esse id, quādo nos  
gigni aliquid aut interire dicamus. Etenim si sub-  
stantia una atq; eadem ad numerū permanens sem-  
per mutatur, id nihil aliud quam alterationem om-  
nes dicunt. In hac sententia cum esset Hippocrates,

*Lib. i. de Die  
ta.*  
*Pomeres plura  
principia  
alterationem  
litione*  
scriptum alibi reliquit, nihil prorsus interire nec gi-  
gni, sed commixtione et separatione duntaxat al-  
terari. Qui uero plura statuerūt rerum principia,  
ut Empedocles, Anaxagoras, Democritus et Leu-  
cippus, pro eodem non habuerunt ortum et alte-  
rationem. aliud enim subiectum ortus et interitus,  
aliud

aliud alterationis esse censebant. Etenim coitione principiorum res nasci, secretione easdem interire censem. Quum igitur in hisce mutationibus non eadem permaneat substantia, pro alterationibus haberi non possunt. quanquam autē rectē ita sentiant, tamen ex his quae postea differunt, sententiam hanc suam defendere nequeunt, sed alterationē prorsum tollunt. Nam quemadmodum in motu incremēti & decremēti substantiam eandem manere necesse est, obnoxiam motionibus: ita quoq; in alteratione. At uero Empedocles, & quicunq; ex ueteribus plura numerarunt, affectiones seu  $\pi\alpha\theta\eta$  secundum quas alterationes fieri dicimus, elementorum ac principiorum differentias ac naturales formas esse dixerunt, quae propter elementa reliquis insint corporibus: cuiusmodi sunt, calor frigus, humiditas siccitas, albedo nigredo, durities molitiae. Quocirca si alterabilia non sint elementa, nec reliqua erunt. nam sine primis moueri aut alterari potest nullum corpus mixtum. At uero secundum Empedoclem, non alterantur elementa: quod uel ex eo est perspicuum, quod nasci ex se mutuo neget elementa. Erroris illius causa haec fuit, quod communem elementorum formis materiam subiectam negat: sine qua nulla potest esse alteratio, nec unum ex alio gigni. Perspicuum igitur est, auctore Empedocle, alterationem prorsus nullam esse:

qui

qui error ex reliquis qui plura numerat principia,  
et obiecti eadem ratione potest. Disputationem por-  
ro prolixam et intricatam, qua Aristoteles con-  
tra Democritum et Leucippum ostendit, genera-  
tionem non esse σύγενην, nec interitū διάγενην,  
omittendā censeo: et ostendēdum breuiter, quod sit  
generatio simplex, et quid ea sit, et quomodo fiat.

*Sicce Cypri. Artis  
6. proprieatate generandi*

*Generationem  
simplicem non  
esse probatum*

*Simplex non  
esse quoque  
in se*

Hec igitur breuiter mihi explicari cupio.

3 Generationem simplicem non esse, uidetur hac  
ratione ostendi posse. Quicquid generatur, fit et  
generatur ex contrario. Ergo quemadmodum id quod  
aliquid fit, ex aliquo non ente, hoc est, ex quodam  
modo non ente fit: ita quod simpliciter nascitur, ex  
eo quod simpliciter non est nascitur. Ergo erit quod-  
dam generationis subiectum, simpliciter non ens.

Simpliciter autem non esse aliquid, duobus modis  
intelligi potest. Primo, quod ex eo genere non est,  
ex quo est id quod generatur: ut uerbi gratia, in  
qualitate simpliciter non ens est, quod in summo  
qualitatis genere non continetur. Et in substantia  
simpliciter non ens est, quod in summo substantiae  
genere non continetur. Idem sentiendum de reliquis  
Categorij. Secundo, simpliciter non ens dicitur,  
quod plane et omnino nihil est: hoc est, quod nec  
substantia, nec qualitas, nec quantitas, nec aliud quid-  
quam est. Ergo si substantiam generari dicamus, ex eo  
quod simpliciter non est, aut intelligendum erit quod  
gignatur

gignatur quidem ex eo quod non sit substantia, licet in alio genere sit: aut ex eo quod planè nihil est. Vtrunq; uero absurdum est. Nam si non ens prima significatione accipiatur, generabitur substantia ex non substantia. Quod autem non est substantia, nec quale, nec quantum, nec ullum aliud genus esse potest: alioqui enim natus seu affectiones ab ipsis substantijs essent separabiles, quod est falso. Sin accipiatur non ens, secunda significatione: sequitur, ex eo quod plane non est, fieri aliquid. quod omnium philosophorum decretis repugnat, qui uno ore omnes fatentur,

### De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reuerti.

His rationibus illud necessariò concludi uidetur, nihil omnino generari simpliciter. Quibus tamen *Solutio* facile occurri potest, & materiae primæ ratio perspecta nobis sit, & cognita: quam & esse dicimus simpliciter, & non esse. Esse quidem facultate, non esse autem actu. Ergo id quod generatur, fit ex eo quod simpliciter non est actu. Semper autem est facultate, non autem omnino nihil est. Excipit hanc alia non minus ardua & perplexa questio, discutienda tamen nobis: Si enim substantia *Alius quaestio* scitur ex eo quod potentia tantum est, dubitari potest, utrum nullo prorsus sit actu preditum: Item, An duntaxat substantia ex non ente nascatur: non etiam quantitas, qualitas, & locus. Hinc q̄ materia loci corporis regularis obliquus? *De in-* subiectum, plurimi non noscunt circa corporis *substantiam:* ut corruptio. Si ergo ens actu singulariter nascitur, ne quod ad eum sit accidens sit ita non substantiale. acce. substantia autem non substantia est, *Motio* prius: cum hoc forma materialis, lumen & omnia in alterius solidi per accidens. Cuna per se materialia formam vel omnia in potentia, re vera realiter nominis ad gressus levissim. Vocatur autem res, non genitrix, ne genitrix simpliciter, sed faciens, genitrix, genitrix, id genitrix.

De interitu idem quæri potest. Etenim nasci substantiam constat ex eo, quod non est ens actu, sed potentia tantum: in idem etiam fit interitus. Num igitur huic non enti, nullus prorsus aliis actus inest: uerbi gratia, qualitatis, quantitatis, aut loci? Quod si statuatur, duo consequuntur absurdia. Primum, quod subiectum illud, seu non ens, per se sit, & separabile: ergo erit actus et substantia naturalis. nam separatio propria est actus. Secundo, ex nihilo fieri aliquid. nam quod omni actu caret, nihil est. Sin uero dicamus, illud Non ens non esse substantiam, seu tode tū: esse autem aliquid aliorum generum: consequetur hoc absurdum, nācētū esse separabilia. Hæc igitur expeditienda sunt: & simul ostendenda causa, cur ortus Gemmat. et Compt. et interitus rerum sint per se tui. hæc enim omnia unius ex eiusdem cause inuentione explicantur, de qua nunc breuiter dicamus. Perpetuitatis istius causa est duplex: una, unde proficiscitur principium motus: altera est materia, quæ se motibus et mutationibus omnibus subiicit. Causa illa unde motus proficiscitur, aut est immobilis ipsa, primus nimirum motor, de quo pertractare ad primū pertinet philosophū. aut ipsum semper mouet, atque in circuitum uersatur: de quo in sequentibus agendum nobis erit. Nunc de materia dicamus. Qui fit ergo, cum omnia orta occidant, quod non iam dudicetur, ut uera sint in nihilum.

Car. singer duram  
Gemmat. et Compt.  
nem⁹?

Duae Causæ  
Efficiens et Materialis

1. motus continet sub  
Zodiaco annulo

Cur nō omnia  
rotari sent  
in nihilum

Hoc est ex ēstī gemitus et omnis  
in corpore nūl tu conseru  
gas nō ē corporis, sed motus prima  
et p̄ficiens et continuo rotari velut  
continua partis diuina. Subiecto se in hismodi motione et  
in ratione diuinitatis. cuiusvis celorum offerit in diversis formis

Omnia in nihilum prorsus sint redacta? Due hu-  
ius rei causæ configi possent. Vna, infinitas ma-  
teria, qua fiat ut quamvis omnia intereant, nun-  
quam tamen materia desit, ex qua noua oriantur.

Sed illa ratio eo refutatur argumento, quo in Phy-  
sicis ostenditur, nullum prorsus in natura esse infi-  
nitum. Altera ergo ratio posset hæc uideri, quod  
etiam si materia moles non sit infinita, tamen gene-  
rationes rerum esse æternas propter infinitam se-  
ctionem, cuius materia est particeps; qua fit, ut sem-  
per in minores partes distractabatur. Sed hæc ratio  
sensu ipso refellitur. Necessarium enim foret, quæ  
nasceretur, omnia quotidie minora confisci: quod  
manifestè falsum est. Superest ergo tertia ratio,  
qua causam explicare possumus perpetuae genera-  
tionis. Nam quod interire dicitur, non ita euanc-  
scit, ut nihil prorsus amplius sit: sed dicitur interi-  
re, qui priorem formant, adeoque substantiam ad-  
mittit, aliam autem adsciscit, atque hoc modo aliud  
gigni dicitur. Nam rebus omnibus caducis hæc  
est perpetua uicissitudo, ut semper unius interi-  
tus sit alterius generatio: ex contraria, unius gene-  
ratio sit alterius interitus, in una atque eadem ma-  
teria. Hinc etiam superior dubitatio dissolui-  
tur. Etenim nulla res unquam in materiam pri-  
mam, nudam, ex omni actu orbata interit: nec  
ex eiusmodi materia quicquam nascitur, cùm talis

totum tempus alteracionis sit. Et si ipsius sit generatio  
longe corruptio. Et si ipsius sit generatio  
Et si in tempore eius sit generatio, sed in  
tempore eius generatio. Et si generatio sit in tempore, sed in  
tempore eius generatio. Et si generatio sit in tempore, sed in  
tempore eius generatio. Et si generatio sit in tempore, sed in  
tempore eius generatio.

esse non possit. semper enim aliquo actu uestita est, omnium capax, nullum autem habens proprium. Nihil ergo fit ex eo, quod omniuo nihil est actu: sed quicquid fit, ex eo fit, quod iam aliquid actu est, & formam aliquam habet: sed non quatenus actu est, sed quatenus est potentia.

Quæ est differentia, quod nonnulla simpliciter gigni & interire, quædam uero non simpliciter & absolutè dicuntur, cum tamen omnis ortus interitum sibi adiungat alterius rei: & interitus esse nullus possit, quin aliud nascatur quod prius non fuerit?

Duobus modis generatio & interitus simplex describi potest. Primus modus est, cum ex eo quod penitus non est, hoc est, quod materie rationem obtinet, in qua est priuatio formæ substantialis, quiddam generari dicitur. ut quando ex eo quod non est homo vel planta, homo aut planta gignitur, generatio simplex dicitur. Cui opponitur generatio naturæ <sup>re</sup>, cum id quod substantia est, recipit in se aliud quiddam, quo prius non erat affectum: ut quando calor vel frigus in homine aut plata generatur. Ex quo intelligitur, simplicē generationem ita

<sup>94</sup>  
Generalio <sup>simplicis</sup> describi posse, ut sit via quædā ab eo quod simpliciter non est, ad id quod simpliciter est. Interitū autē simplicē ita, ut dicatur via quædā ad id quod simpliciter non est. Alter modus simplicis generationis Generalio a forma propria, & in proprio loco est. Generatio secundum suum quod est. Ex ista ratio in proportioni a proportionem uocat generalis simplicis.

est is. Cum uideamus in ipsis substantijs quasdam esse formas nobiliores præstantioresq; alias inferiores, queq; ad illas collatæ quoddam materiæ instar obtineant, ut terræ species si cum igne conferatur, itē seminis si conferatur cum perfectione animalis aut plantæ, secundū perfectiores præstantioresq; naturas absolutè aliquid gigni dicendū erit: secundū imperfectiores aut, et præstantiorū priuationes, quodāmodo gigni aliquid, aut potius interire. ut si homo ex elemētis oriatur, generatio est simplex: cum rursus in elementa homo resoluitur, quāvis aliquid isto interitu oriatur, nō tamen is simplex est ortus, sed natūrā nominādus. Ita in ipsis elemētis, cūm ignis reliquorū quasi forma sit, quādo ex terra ignis nascitur, generatio est simplex: at si ignis in terrā couertatur, interit⁹ potius dicēdus erit. Terra enim omnīū elemētorū est infimū et abiectissimū, et prop̄ nō ens, reliquarū ferè formarū naturaliū omnīū domiciliū: ipsa propemodū omni forma defituta, quū ex ea tam uaria procreentur, ut nō abs rc Parmenides eam Non ens appellasse uideatur.

### Quomodo differt generatio simplex ab alteratione? Cap. 4

Illud nemini obscurum esse puto, aliud esse subiectum ex substantiam, aliud uero affectionem seu accēsos substantiae. utrumque autem gigni dicitur. nam & hominem generari dicimus, & calorem affectus non in loco genit⁹, sicut & lumen, & sonus, & color, &c. non ad rationē p̄cipit, sed a loco. Aut hoc ut ab omni genitib⁹ & lumen & sonus, &c. fieri ut nō fieri ab eis commixta & latente. Naturis ē potius aggiornatae quam generali. Quanto più belles symbola corrigit manu in generali. Et nō generali, nō potius, q̄d formam q̄d q̄d am similib⁹ q̄d q̄d deformat⁹. Generaliter. Per se uero & deinde q̄d formam sing. biles, sed nō ad seipsum, manu ut qualitas qd formam leviter cuius omnes in fieri. In subiecto in seipsum, manu

*Alteratio est quando sensibiles substantia formantur sensibilia  
sunt in suis mutatione effectibus, quae sunt contraria sunt aut  
vel contrariae mutari.*

## 166 PHILOS. NATURALIS

aut frigus. Alterationem autem appellamus, cum substantia permanente eadem, et subiecto quod sensibus potest percipi, transmutatur secundum proprias affectiones: quae sunt vel inter se contrarie, vel mediae et inter contrarias collocatae.

*Generatio: a non  
esse ampliatur  
ad non esse mulatur.  
Vel mutatione, qua  
totum mulatur, quo  
totum non sensibilis  
totum non sensibilis  
fieri possunt. Nam  
mutatio vero abesse  
ad non esse*

Velut corpus idem permanens, modo agrotat, modo sanum existit. Quando autem mutatur totum, nec idem subiectum sensibile manet, ut cum ex nutrimento sanguis, aut ex aqua aer fit et nascitur: generatio iam hoc, alterius autem rei interitus dicetur.

Hactenus de ortu & interitu rerum, itemque de alteratione, satis me audisse existimo: nunc de motu incrementi & decrementi quid sentiendum sit, discere cupio.

Rectè sane. Initio autem, in quo duo hinc motus à superioribus discrepant, dicendum erit: tum modus explicandus, quo crescent et minuantur corpora, ex quibus etiam definitiones horum motuum colligi facile poterunt.

In quo igitur dicam differre ortum & interitum, itemque alterationem ab incremento & decremente rerum?

In duobus. Primum ratione ipsorum generum,

*Generatio est  
subiecti vel car-  
pos materialis  
Alteratio vero  
quælibetis*

seu rerum circa quas uersantur. ortus enim et interitus in genere substantiae est, alteratio in genere ratione: incrementum uero et decrementum circa magnitudinem uersatur.

*Augmentatio augeri significativa solos cuiuspi, ut tige apposita  
rum et organa et singuli primi coniugium. Atque major pars  
genito, et quod dicitur ad numerum primi, et organum et secundum  
hunc. Hoc loco uero augmentatio dicitur: in ceteris uiciniorum in  
numeris genito et minoris ultimi, et secundum apud eum parte  
singulis singulis et organis minorum. Hoc uero primo post non  
est terminatus, sed potius multiplicatus. Primum augeri ostendit  
ratiu singulare uelut per strumento celorum instrumenti.  
Habentis est particularis questionem generatio, et numero dicitur. Atque si  
generatio, multo vero et communiter.*

Secundò, discrepant quoque modo mutabilitatis. nam quod alteratur, locum ex necessitate non mutat: quemadmodum et quod gignitur. At quod augetur uel minuitur, locum recessariò mutat: nō tamen eo modo, quo illa quæ p̄s; ad Græcē dicuntur. Hæc enim aut omnino nouum locum occupant, priore deserto, ut ea quæ secundum lineam rectam sursum deorsum, prorsum retrorsum, ad dextram aut sinistram mouentur: aut eundem quidem locum obtinent, sed ratione partium locū ex loco mutat, ut sunt quæ in circuitum uersantur. At quod augescit, ex minore atq; angustiore loco in maiorem sese promouet, eodem nihilominus hæres uestigio: quòd decrescit, uiceuersa in minorem angustioremq; locum sese recipit, ita tamen, ut ex loco quo prius continebatur, non discedat.

Quis uero est modus quo augentur,  
itemq; decrescent corpora?

Primo sciendum est, id quod augetur accrescit, corpus esse, adeoq; magnitudine præditum actu: neque ex eo quod potentia sit magnitudo corporis, actu magnitudinem corporisq; effici.

Secundo, augmentum secundum partes omnes fieri, accidente quopiam extrinsecus: decrementum pariter secundum omnes partes fieri, detracto quopiam, ita ut ne minimum quidem expers huius affectionis ostendi queat.

Tertio, forma eadem esse id quod accessit, & id ad quod accessio facta sit. neque enim caro augeri potest, nisi alia caro ad priorem accesserit, eique prorsum adiuncta & adglutinata fuerit. omnino enim seruari ex manere oportet id quod augetur, quodq; minuitur eadem specie: alioqui enim ortus & interitus potius quam augmentum aut decrementum appellanda esset eiusmodi transmutatio, in qua maiore aut minore facta mole corporis, substantia & forma prior non permaneret.

At uero ab omni ratione uidetur esse alienissimum, isto modo augeri quippiam. Etenim id quo augetur aliquid, aut corpore uacat, aut praeditum est corpore. Quod si corpore uacat, erit magnitudo quepiam separata: hoc est, erit aliquid magnum quod non sit corpus naturale. quod absurdum esse, nemo non intelligit. Sin corpore praeditum est, quis non uidet duo corpora eodem contineri loco, adeoq; se mutuo penetrare: id nimis quod auget, & id quod augetur: quod itidem absurdum esse, omnibus est exploratissimum. Præterea nec illud satis constat, Vtrum ambo, hoc est, id quod accedit, & cui accessio fit, augeantur, an uero alterum duntaxat?

Existitis difficultatibus facile emerget is, cui modus incrementi satis exploratus atque perspectus fuerit:

fuerit : quem iam nunc , positis ijs quæ suprà diximus , breuissimè explicare aggrediamur . Illud initio sciendum est , cùm animatorum corpora similaribus dissimilari busq; particulis constent : tum augeri dissimilares partes , totumq; adeò ex his compositum corpus , cùm similares amplifcentur . ut , uerbi gratia , totum brachium , cùm ossa eius , caro , nerui , arteriæ , &c. augentur . Deinde illud quoque notandum , cùm similares partes omnes ex materia atque forma constent , augmentum atq; accessionem istam fieri ratione formæ , non ratione <sup>est in malitia in</sup> materia : haud secus ac si quis uno <sup>perpetuo fluxu</sup> et eodē utre ~~at~~ quas affluētes , rursusq; effluētes mensuret . nam hoc pacto alia semper succedit alij , nec eadem subsistit , cùm tamen figura semper eadē mancat . Ad eum planè modum intelligendum , carnem ( uerbi gratia ) augeri secundum partes omnes : ex ea enim semper aliquid diffuit , halitus cuiuspiam in star . ex quo fit , ut uestes quibus induimur , ac tegimur , calefiant . In cuius locum succus alimenti succedit , in omnésque partes carnis sese diffundit per occulitos meatus , quem artificiosus animæ spiritus carnea uestit specie . qui si amplior sit , ac ualentior , et alimenti succus copiosior , nec natura particulae repugnauerit : non solum quod decesserat instaurat , sed præsentem carnis speciem etiam amplificat , ita ut nulla tam minuta carnis pars

*Tunc q[ue] autem erat, et post manu[m], per a ditionem perire  
ad uniuersitatem angelorum.*

## 170. PHILOS. NATVRALIS

sit, quæ ampliata dicenda non sit, materia tamen non permanente eadem: nullaque præstò est materia, quæ forma carnis affecta non sit, quantumuis minima sit eius portio. Ex quo intelligitur, nec corpus à corpore contineri, cùm uideamus tenuiora spissioribus cedere: nec à magnitudine separata corpus amplificari, sed ab alio corpore, nutrimenti nimirum. Quin & illud perspicuum est,

*Tenuiora spissioribus cedent.*

*Alimentum non accrescit, sed, cui competit ali-*  
*mentum, me-*  
*corpus cum ali-*  
*malo*

id augeri cui accessio fiat, non id quod accedit. nutritum enim quo crescit magnitudo corporis, in ipsius corporis quod ampliatur formam & substantiam conuertitur: non aliter quam si unum paucula affusa aqua auctum amplificatumque intelligas, ipso nimirum uino aquam in se se conuertente. Nutrimentum porro quo augetur corpus, & contrarium & simile ei quod nutrit atque auget, dici potest. cùm enim accedit, dissimile aut contrarium est: cùm uero eam nutrit ac amplificat, simile planè ac eadem specie, qua id quod nutritur & amplificatur, existit, instrumento caloris natiui in nutriti amplificatique substantiam conuerso. Hinc etiam illud intelligitur, nutritionem & augmentationem ratione duntaxat differre, non subiecto & materia. Deinde animal quandiu uiuat nutriti, non autem semper amplificari: sed eò usque duntaxat, donec ad certainam quandam mensuram, quam natura omnibus definiuit & constituit,

*Nutritio r[es] modulatio, per quam conuertitur ali-*  
*mentum in corporis sustentati subglutinans calorem creve-*  
*re, natalis uirtute, ut in se & rebus fiat in re quod defini-*  
*ciparet Argumenta: et hunc tempore differant*

*Augmentatione est motus ab aetate incrementatione fons, quo animali  
corpo progressus gradum suumque membra et auctor  
misi in primis mutationem edidit. Progressus factus non est augmentatione  
qui non ex eis per se per se est membra. Differuntur in motu p*

## EPI TOME.

creuerit. Iam facile intelligitur, incrementum est in corpore minorum  
se magnitudinis insitae accessionem; decrementum, quod latere augerit  
eiusdem abcessionem. *Dominum hunc non refutat ab proportione suam de  
cora ipsa sed corus naturamque et membra sua  
dixit, non quod omnia officia membra*

**Quæ istis mutationibus omnibus, de singulis occasione**  
**quibus hactenus differuimus, sub-**  
**iecta est materia sensilis?**

6 Simplicissima corpora, quæ vocantur etiam  
reliquorum elementa: de quibus initio querendum  
est, an sint? Deinde, an quodlibet eorum sit compi-  
ternum: an uero generetur etiam? Et si generetur,  
utrum ex se inuicem omnia nascatur: an uero unum a-  
liquod ex ijs sit primum, ex quo reliqua oriuntur.

De his igitur quid sentiendum sit,  
breuiter audire cupio.

Antequam haec explicanda suscipiamus, praemittenda quedam sunt, sine quorum cognitione  
intelligi ista nequeunt. Nam et qui elementa na-  
sci dicunt, et qui ex elementis reliqua nasci tradunt,  
seu unum illud, seu plura statuant, concretione  
quadam et secretione ista fieri perhibent. Con-  
cretio autem nihil aliud est quam mixtio, que  
absque actione et passione quadam fieri non po-  
test. *Actio uero et passio absque contactu nulla*  
*existit. Ex quo liquet, initio de contactu, deinde*  
*de actione et passione, tertio de mixtione dicen-*  
*dum: ac tandem ad ea de quibus paulo ante dixi-  
mus, progrediendum.*

Quid

272. PHILOS. NATURALIS

Quid igitur est contactus? <sup>Analogia</sup>

Vocabulum contactus non uni rei significandæ semper adhibetur: sed ex eorum est uocabulorum numero, que unum aliquid principaliter significant, reliqua secundario. Propriè enim uocabulum contactus usurpatur in ijs rebus, que positum habent: quod absq; loco non intelligitur. Etenim & Mathematicis si contactum tribuimus, locum concedamus necesse est. Quamobrem si tangere nihil aliud est, quam, quemadmodum in Physicis definitum est, extrema habere simul iuncta: ea sece mutuo tangere dicenda erunt, que definitas magnitudines habentia, ac positum etiam, extremitates simul iunctas retinent. Atq; generalis hæc est contactus significatio, minusq; propria: que iam astringenda nobis erit rationibus ita, ut quid in primis & propriè contactus significet, exploratum habeamus. Positum absque loco nullum esse diximus. Loci uero prime differentiae sunt, sursum atque deorsum: ex quo constat, que ita loco contineantur, aut grauia esse, aut leuia, omnia. quorum hæc est natura & conditio, ut agere in se mutuo, & pati ab inuicem possint. Ex quo colligitur, propriè contactum esse in ijs rebus, que cum sint definitæ magnitudinis, ac extrema simul iuncta habeant, ea sint natura, ut mouere se mutuo, moueriq; inuicem possint. Mouentium porro

*P. agens physicum pro particulis in proximo ita  
ac immobiliis motibus agens pro contactu  
physici fin. Agens non immobilia accepto  
nisi negotiis in se contactu virtutibus*

ita quædam mouent, ut uicissim necessariò mouentur. Alia sunt, quæ dum mouent, uicissim non mouentur: quæ mouentia quidem, non autem facientia dici possunt. Etenim τῷ ποτέντιον οpponitur τὸ πάσχεν. Nihil autem patitur, nisi id cuius motus est πάθος: quod in alteratione duntaxat conspicitur, ut cum aliquid calidum aut frigidum fit.

**Quare contactus de ijs propriissime dicitur, quæ tangunt, ipsa uicissim ab alijs non attinguntur: ut cœlestia corpora, hæc inferiora. ea nanque mouent, non autem uicissim mouentur.** Ex quibus omnibus manifestum fit, propriissime contactum dici in hisce coporibus inferioribus, quæ ex superficies simul iunctas habent, cum sint separate magnitudinis, et uicissim agūt atq; patiuntur. Si in alijs quibusdam contactus esse dicitur, ut in Mathematicis atq; cœlestibus etiam corporibus, minus principaliter uocabulum istud usurpari meminerimus.

**Quæ sunt quæ agunt in se mutuò, & ab inuicem patiuntur?**

**7** Veteres philosophi uno ferè ore omnes, simile à simili pati nihil posse affirmabant. Solus Democritus, simile à simili pati asserebat. Sed utriq; lapsi sunt ex eo, quod non satis distinctè loqui possent. Neg; enim quod omnino ex per omnia simile est, in simile agit: alioqui enim fieri posset, ut idem

idem in seipsum ageret, adeoq; nihil ortus & interitus expers foret. Neq; quod omnino est aliud, in id agit cum quo nullam naturae conuenientiam habet, ut linea in albidinem, nisi forte per accidens. Ex quo intelligitur, aliquo modo similia, aliquo modo dissimilia esse, quæ in se mutuò agunt, atq; à se uiciissim patiuntur. genere enim similia sunt, specie uero dissimilia, atq; etiam contraria, aut inter contraria media. Porrò quemadmodum mouens duobus dicitur modis, id nimirum in quo est principium motus, & id quod postremum est, adeoq; ei quod mouetur proximum: in quibus hoc est discriminis, ut que primò mouent, uiciissim moueri nō sit necessarium: que autem postremò mouent, necessaria uiciissim moueantur: ita quoq; agens distinguitur. Nam primum agens nihil patitur ab eo in quo agit, extremum autē agens uiciissim patitur. Nam quæ eandem materiam habent, ut nutritamentum, & id quod nutritur, non solum agunt, sed etiam patiuntur: que uero eandem materiam non habent, agunt illa quidem, nihil autem uiciissim patiuntur: ut medicina sanitatem in corpore efficit, à corpore uero quod sanatur, nihil patitur. Medicina enim est ut primum mouens, cibus uero ut extreum & attingens. Quaecunq; ergo formæ non sunt in materia, si agunt, ita agunt ut nihil patiantur: que autem sunt in materia, agunt & patiuntur. Inter quæ sit

*Primum agens  
nihil patitur*

sit actio & passio, diximus. Supereat, ut modum actionis & passionis explicemus: de quo controuer-  
 sis ueterū opinionibus philosophorum omis-  
 sis, breuiissimè nostram & ueritati maximè consonam ex-  
 ponemus sententiam. Quicquid est, aut est actio, aut Quicquid est aut  
est actio aut fac-  
ultas  
 facultate. Facultatis causa ab efficiente corpus ali-  
quid patitur: actu uero quatenus praeditum est, in  
 aliud agit. Facultatem porrò ita intelligimus, ut  
 remouantur omnia impedimenta, qua res habilis  
 est & idonea, ut non possit non pati. Neq; uero ita  
 illa comparata est, ut aliqua ex parte possit pati,  
 alia parte possit non pati: sed semper ex omnino et  
 ex omni parte patitur, quatenus illa facultate prae-  
 ditum est. Magis uero aut minus patitur, quatenus  
 magis aut minus istam facultatem habet: qua ratio-  
 ne pori seu meatus illis tribui poterunt, quemadmo-  
 dum in metallis partes debiliores uenas quasdam per  
 petuas habent. Hæc uero quæ ita uicissim agunt &  
 patiuntur, non possunt esse unum ita, ut omnes par-  
 tes una specie naturæ inter se cohærent, continua-  
 tæq; sint, seu (ut Græcè dicam) τυμφεῖς. Continu-  
um enim, quatenus continuū, à suis partib. nihil pa-  
titur. Neq; rursus possunt esse ita remota, ut neq; sepe  
 mutuò contingant, neq; alia habeant media, quæ à  
 primis sufficientibus affecta, iterum alia afficiant.  
 Ut, uerbi gratia, ignis etiā à nobis remotus, corpo-  
 ra nostra calefacit, per mediū aerem, qui nos attin-  
 gens

gens ab igni afficitur, caloremq; accipit, quem in nostra deinde corpora transmittit. De actione & passione, inter quæ fiant, et quomodo, diximus. Reliquum est ut de mixtione agamus.

**Quæ igitur in primis de ea consideranda sunt?**

**Primum, an sit mixtio: deinde, quis sit modus mixtionis: tum, quæ sint mixtilia, & in quibus mixtio sit: demum, quid sit mixtio.**

**Est ne mixtio?**

Mixtionem non esse, hoc argumento persuaderi forsan alicui posset. Etenim (ut, uerbi gratia, duo misceri fingamus) aut ambo manent integra, aut ambo intereunt: aut unum eorum perit, altero superstite: quorum modorum nullo mixtio fieri potest. Nam in quibus labes facta est nulla, mixta dici non poterunt, nisi forte impropriè: quemadmodum si quis hordei & tritici aceruos in unum commisceat. Quæ uero prorsus interierunt, mixta quo pacto dici possunt, cum amplius non sint? Sin alterum duntaxat interierit, istud cum reliquo mixtum non dicitur, sed in eius naturam conuersum. Quare uidetur mixtionis inane esse uocabulum, cui nihil propriæ notionis subsit.

**Quid igitur ad hæc est respondendum?**

**Explicandum, quid inter mixtionem et generationem**

Lestio diffinita Generatione, quæ forma materiæ in Generatione non inservit

## E P I T O M E.

177

tionem intersit. Nā ex ouo (uerbi gratia) gallinam ita generari dicimus, ut substantiam oui penitus abolitam esse, neq; ouum in re generata, nisi duntaxat ratione materiæ inesse intelligamus. Quæ autē commiscentur, illa in mixto non solum ratione materiæ, sed etiam formæ, adeoq; totius substantiæ insunt: quæ tamen formæ habiles sunt & idoneæ, ut uni actui sese subiçiant, eoq; uniantur, ac secerni denuò possunt. Ergo ad argumentum superius respondemus: quæ sunt in mixto, & esse, & non esse. Nam sunt ratione potentiae, non autem sunt ratione actus. nam uni iam sese actui manciparunt, ita ut quamvis mixtos suos actus retineant, non tamen eodem modo quo prius fuerunt, sese habere, sed aliquo modo integratos, aliquo modo labefactatos & abolitos esse intelligamus, propter qualitates: quarum ratione ut & pati, & nouum quendam actum in se recipere possint, habiles sunt et idoneæ substatiæ naturales.

## Quo pacto miscentur res?

Mixtionem quidam ita fieri censem, ut mixtis in minutissima diuisis corpuscula, quæ propter existimat sensum effugiant, cohærent inter se & cōponantur huiusmodi exilia corpuscula. Sed quād absurdè illud dicatur, hoc arguento intelligitur. Cum corpora sint in infinitum diuidua, quod alibi demonstratum est, nūquam ista ratione mixtio erit

m perfecta,

perfecta, sed duntaxat apposito: aliaq; erit natura partium, alia totius. Nos uero mixtum non minus putamus esse corpus similarium partiū, quam antea cum sincera & incommixta singula essent. Accedit huc, quod ista ratione mixtio non natura, sed sensu aestimaretur. ac Lynceus mixtum aliquid esse diceret, quod mihi, qui non tam acutum cerno, mixtum non uideretur. Proinde mixtionē ita fieri dicimus, ut tota per tota misceantur, ac qualitatibus agentibus patietibus q; inuicem noua quædam obviatur mixti species.

### Quæ solent misceri?

Esse in rebus actionem & passionem constat, ac ea quidem quæ materiam habeat eandem, agere ac pati uicissim: quorum uero materia non sit eadem, in his efficiens, quo ad sit efficiens, nihil uicissim pati, suprà est ostensum. Quæ sunt posterioris generis, misceri non dicuntur. Ut medicina sanitatem efficit, ab ipsa autem nihil patitur: proinde cum ea nec miscetur. At quæ sunt prioris generis, hoc est, quorum natura apta est ad agendum & patientium, ea si promptè ac facile diuidi possunt, si multa paucis, aut parua magnis sese adiunxerint, misceri non dicuntur: sed pauca à multis, parua à magnis ita uincuntur, ut in eorū naturam & specie priore amissa prorsus transeat: ut si gutta aquæ decē uini exathis infundatur, cū uino mixta non dicetur, sed omnino.

*Uta sunt mixtae quæ commixtione interijssent  
tutæ & Uta sunt mixtae quæ commixtione interijssent  
gutte sunt parua, rigores tenui possunt et aliros,  
luminos suscipiunt, ut lucida fui hysa  
qui non sunt uincitosa et resipua  
Uta multæ mixtae sunt, si magna, rigores non sunt  
adgit probitatis*

E P I T O M E.

179

interijisse, & in uini naturā conuersa. At si uiribus quodammodo paria fuerint, mutatur utrumq; à uincente: nec in alterum transit, sed fit tertium quoddam ac medium inter utrumque: quod etsi utriusq; naturam participet, neutrum tamen sit dicendum, sed aliud quoddam, utriusq; actum suo quodam actu & peculiari in se continens, quæ iam dicitur mixtio. Ex quibus patet, hæc esse mixtilia, quæ cum alienū terminum facile admittant, ac minutim diuidi possint, apta sint quæ alternis agant & patientur. Ita enim si se habeant, necesse non est ut corrūpantur prorsus, & intereant: nec omnino tamē integra sunt, & sincera manent, sed communi quodam actu uniuntur, deuinciunturq;.

Quid est mixtio?

Ex his quæ hactenus dicta sunt, satis constat, mixtionem ita definiendam esse, ut dicatur Mixtorum alteratorum unio: seu, ut Græcè dicam, cūwois. Hactenus de mixtione.

Trio elementorum & conuariantia elementorum  
aliorum in eadem mixta forma

C O M P E N D I V M I N L I B R U M

secundum De ortu & interitu in libro 11 cap.

Aristotelis. In frustulis explicat naturam  
elementorum, monitum, qualiter

Quibus de rebus post hæc disputari solet in Physica Methodo?

D E elemētis rerum, quæ sunt harū mutationum omnium, de quibus hactenus dictū fuit,

in 2 causæ.

causæ. Nam absque illis nec generatio nec interitus rebus naturalibus inest: quarum materiā unam esse statuimus primam, non tamen illam separabilem à forma elemēti, ut ex ueteribus quidam sunt opinati philosophi: neq; etiam contrarij expertem, ex qua gignuntur elementa.

### Vnde numerus elementorum est inuestigandus?

2 Ex principijs eorundem, quibus constituuntur. Proinde corporis, quod sensu percipitur, cum quæramus principia, neque eius quod quolibet sensu, sed quod tactu percipitur: patet, nō quaslibet contrarietates sensibiles, sed tactiles dūtaxat, pro principijs numerandas. Tactiles porrò qualitates sunt hæ ferè: Calidum frigidum, humidum siccum, leue graue, durum molle, lentum friabile, asperum leue, crassum tenue: ex quibus quæ nam sint primæ, uidendum est. Leue & graue pro principijs corporis sensibilis non posse constitui, ex eo liquet, quod causarum qualitatum nec agant, nec patientur incommunabiles & corrupter se corpora. At uero mixtorum elemēta inter se agunt & patiuntur: nam misceri solent, atq; unum in aliud commutari. Proinde talia sunt eorum constituenta principia, quorum causa actio & passio mutua illis insit. Cæterum, calidum & frigidū quod

Prima qualitas agendi, humidum uero & siccum quod patienti uiu temperat, quæ habeant, dicuntur, atque etiam definiuntur. Etenim ab illis oīs in uero <sup>72</sup> formis hæc sive calidum & frigidū. Elementa in quæ sensibili  
sunt fortes, officiales, leviora, & Elementa hæc in se sunt suorum substantiarum. Dicuntur ergo differentes, quæ & pli generali naturæ esse uidentur. Principia sunt sive generalia, sive diuina, sive preparaciones, & hoc principia Elementorum, qualitates sunt, sive sibi, sive non sibi, sive in Elementis, sive non in Elementis. Ergo non sive qualitates, sed latus tergo coloris quod non sit.

calidum id esse dicitur, quod colligit & congregat similia eiusdemq; naturæ corpora: quo accedit, ut dissipet etiam & secernat ea quæ eiusdem naturæ non sunt. Frigidum est, quod cogit & colligit, tam ea quæ sunt eiusdem naturæ, quam quæ sunt diuersæ. Humidum est, quod se sua planicie non cõtinet, facile autem alieno termino coherceri potest. Sic-  
cum contrà, quod suo termino ac fine facile cober-  
cetur & clauditur, nō autem facile alieno. Relique  
qualitates et si ratione actionis, aut passionis etiam  
definiantur: his tamen, quas modo numerauimus,  
posteriores sunt, adeoq; ex eis oriūtur. Nam tenue,  
lentum, molle, leue, humili: crassum autem, friabi-  
le, durum, asperum, siccii propagines sunt ac sobo-  
les. Ex quo patet, reliquias omnes differentias tacti-  
lium qualitatum ad quatuor istas tanquam primas  
referri ac reduci, ipsas uero in pauciores contrahi  
non posse. quare illæ pro principijs corporis sensi-  
lis constituendæ ac numerandæ erunt.

## Quot ergo sunt elementa?

**3** Quatuor: Ignis, aer, aqua, terra. Nam cū quatuor primis differentijs tactilium qualitatū elementa mixtorum igni iam ostensum sit: illæ autē duntur quatuor modis inter se iungi possint, tot erunt numero elementa. Etenim si iungatur calidum cum sicco, ignis: si calidum cum humido, aer: si frigidum cum humido, aqua: si frigidum cum sicco,

Cat from the semi-tropical M 3 terra.

*Trichurus trichiurus* (L.) *infectus* *lumbricoides* (L.) *infectus*

new flower is entire & upright like a lily  
leaf. It is however: - volcanic action pro-

*fragiles et peu durables. Les éléments d'ordre et de force sont pris dans des corps solides et robustes. Les éléments d'ordre et de force sont pris dans des corps solides et robustes.*

righteousness, and you will be saved. This is the good news of the gospel.

*Primeros 125 uomini que no estaban en el barco  
estaban non susos.*

terra creabitur. Atq; etiam tot simplicia cernuntur corpora, & omnes ferè totidem numerant. Non tamen omnino sincera simplicia, & omnis cōtagionis experitia sunt hæc obvia et sensui occurrētia elementa. Simplicia autem ex prorsus sincera, ea quæ ratione potius quam sensu percipiuntur, talia quidem sunt, qualia hæc apparent quæ à nobis sentiuntur, non tamen omnino eadem. Ceterum quatuor hæc elementa duobus natura locis discreuit, igni ex

*Ex hum. simpliciis  
et suis modis  
elementis*

aeri superū, terre autem ex aquæ inferum tribuens locum: è quibus extrema sincerissima sunt, media utriusque extremorum contagione uariè afficiuntur.

*Vnum qd. 3 Elementi  
doloris sunt sibi unum  
qualitatem inter duas  
in summo. Ratio  
Puna si est una res  
ut una forma.  
Iam qd. ppris la  
turbare. Elementi qd.  
dissociata locis ipsa contraria, concordi pace iungentur.*

tur, ac promptè mutantur. Estq; terra aeri, aqua igni maximè contraria. Prudens enim & sagax natura duo cōtraria sine medio iungere noluit, ne uitelicet harmonia & concordia totius uniuersi iungat pugnacissimis qualitatibus turbaretur: sed ut dissociata locis ipsa contraria, concordi pace iungentur.

Potest ne quoduis elementum ex quolibet generari?

4. Nasci ac procreari elementa seu simplicia corpora ex se mutuò, suprà fuit ostensum: quod ipsum etiam sensu est evidens. Ceterum quoduis ex quolibet gigni posse, antea fuit indicatum: hac autem ratione liquere potest. Nam generatio rerum est ex contrarijs in cōtraria, adeò ut in quibuscumq; contrarietas

*Lib. 3. cap. 6.  
De cœlo.*

trarietas deprehendatur, inter eadem etiam ortus & interitus uicissitudines esse sit necessum. Elementa uero omnia aut una, aut duabus qualitatibus inter se pugnant: quod inductione constat. Proinde quodvis elementum in quodlibet transmutari potest. In quibus tamē hoc est discriminis, quod quae una duntaxat qualitate communicant ex conueniunt inter se, in his generatio est expeditior & facilior: quae autem utrisq; repugnant qualitatibus contrarijs, in his tam prompta & expedita transmutatio non est, propterea quod facilius una quam due immutentur qualitates: ut aqua faciliter in aerē quam in ignem conuertitur. frigore enim ex aqua sublato, quod efficitur calidum est & humidum, quod ipsum aer est. At ignis ex aqua maiore negotio generatur, cum utramq; qualitatem mutari oporteat. Ergo quae symbolum commune qualitatis habent, promptè unum in alterius naturam trāsit: quae symbolo destituuntur, ut terra & aer, aqua & ignis, tanta facilitate non mutantur, sed plus requiritur temporis: quodvis tamen in quodlibet cōuersti tandem potest.

**Quæ his mutationibus elementorum  
subiecta est materia?**

Fuerunt qui materiam corporum naturalium omnibus obnoxiam mutationibus, speciem & substantiam uiriis clementi esse dicrent. quidam duo-

*Elos similes in molam carni sunt, minorum, differentiam in leviori forme sibi nobilitate & proprieatu. Et sic duplex est Elementum: Generatio & proprieatum. Et aliud Elementum in forma substantia & immundicata perdit, non secundum qualitatem formarum libet actio, non q; illeris per agere, sed ratione permodum quae formarum gregantur, ut ab illa ratione.*

rum, nonnulli plurium corporum species subiectas esse huiusmodi mutationibus prodiderunt. Quod si unum elemētum subiecti non posse hisce mutationibus, planum fecerimus firmis rationibus: multo minus erit consentaneum, duo uel plura pro principijs ita constitui, ut omnibus mutationibus subiecta, ipsa secundum substantiam suam non immutentur. Vnum ergo tale si statuatur subiectū, uerbi gratia aqua, aut aer: sequetur, nihil aliud nasci posse, sed mutationes omnes esse duntaxat alterationes quasdam. quandiu enim subiecti forma & species, adeoq; substantia immutata non est, generatū nihil dicitur, etiam si res qualitatibus nouis exornata sit. Quòd si quis omnino subiecto ratione substantiae non mutato, generari aliquid nouum posse contendat, ut (uerbi gratia) ex aere aquam: sequetur illud absurdum, duo corpora, aerem uidelicet & aquam, eodem arceri loco, nam aeris substātia non mutata, ex suo loco non cēsbit. atqui ex eo generata aqua est, quam eodem loco contineri necesse est: cum tamen contrā uideamus, uno loco non nisi unum contineri corpus. Sin uero è configuat aliquis, ut nullum ex quatuor corporibus notis reliquorum materiam constituat, sed medium quoddam comminiscatur, igne & aere densius, terra uero & aqua rarius, ut facit Anaximandex: nullo is negocio refutari potest. Etenim si ex illo corpore fit ignis,

fit ignis, cum quiduis ratione contrarietatis ex alio nascatur, erit nimis frigidum istud corpus: rursus cum ex eodem aqua gigni possit, erit calidum: atq; ita unum idemq; corpus calidum erit, & frigidum: quod ab omni ratione est alienissimum. Ergo necesse est, communem quadam hisce mutationibus subiectam esse materiam, quae substantia elementi nullius sit, sed pars, omnium formarum substantialium capax, nullam tamen habens suam & propriam. qua fit, ut omnia elementa permutari in se mutuò, instrumento qualitatum contrariarum possint.

### Quomodo ex elementis nascuntur mixta uocata corpora?

7 Qui elementis communem quandam subiectam mutabilem naturam negat, qua ex se inuicem generentur, ut Empedocles: eo modo ex illis cetera nasci corpora tradunt, quo ex cemento & lapidibus murus costruitur, minutissimis scilicet elementorum partibus inter se cohaeretibus, substantia earrundem non mutata, sed singulis suo quodam actu distinctis & separatis. Sed quo pacto ista ratione carnes aut ossa nasci poterunt, cum particula qualibet terrae aut aquae aut ignis suum actum sincerum retineat? Nam quoad sunt actu simplici ac puro, nihil aliud esse possunt quam quod sunt: neq; ex qualibet parte carnis terra aut ignis renasci poterit. Proinde mixta dicenda non erunt. Nos uero dicimus,

*Eloquens la grec mortibus dicunt alesata et concomperata  
et ad mortuorum mentis actiones et passus indecet  
concernit ad unius corporis compositionem  
et recessum est 186 PHILoS. NATVRALIS*

*mysticis esset tota elementa per tota ita misceri, ut nulla sit pars  
seculis mortaliis mixti, ex qua non omnia elementa secretione rege-  
bolum posuitur erari possint. Sed quoniam istud pacto fieri potest?  
Item non*

Ope et beneficio quatuor qualitatum tactilium primarum. Etenim minutatim distributis partibus elementorum, contagione uires qualitatum franguntur, ac inter se contemperantur elementa, ita ut nec prorsus integras qualitates suas retineant, nec prorsus amittant. quo fit, ut non penitus aboleantur substantiae elementorum, sed permittentur in substantia alicuius mixti corporis. Ergo in mixtis insunt elementa non solum ratione materiae, sed formiarum quoque et actuum: qui tamen sinceri non permanet, sed confusi ac debilitati unius mixti actui sese subiiciunt, eoque uniuntur, qui est quasi uinculum et compago quedam contrariarum naturarum. Non igitur terra simpliciter est mixto corpore, sed aliquo modo terra: hoc est, ratione suarum qualitatum aliquid perpessa. Idem de reliquis sentientibus simplicibus corporibus.

Sunt ne omnia elementa hoc quo  
dictum est modo in mixtis  
*et genere libri pars regis est apud*  
corporibus?

8 Sunt. Nam mixta omnia circa medium efficiunt: quare plurimum in ijs terrae sit oportet. Nam singula sunt in eo loco, cuius naturae in primis sunt familiaria. Cum uero terre multum habeant,

*In diuersis locis possunt primae principientes diversas  
in mundo, et mundis aliis esse nisi ejus in primo in aqua  
sensibilis sed semper aliquod ex ceteris sensibilibus*

aqua uadare nequeunt. Terra enim nisi aquæ quasi ex glutino quodam colligatur et connectatur, dissoluitur et dilabitur. Quia uero generationes sunt ex contrarijs, si unum extremorum adsit, et alterum adesse oportet, quare si terra est in mixto corpore, aerem quoq; si aqua, ignem, utpote contrarium, adesse oportet: quo nimis alterius immo-dica siccitas, alterius frigiditas temperetur, atq; ad quandam equalitatem reducatur. Ex quo patet, in mixto et composito omnia inesse elementa.

Generationes  
sunt ex contra-  
rijs.

Nulla ne superior causa, quam sint ele-  
mentorum qualitates & uires, ortus  
atq; interius rerum dispensat?

Qui cætera ex elementis nasci dicunt, propte-rea quod calidum soleat dissipare, frigidum autem cogere, ac reliquorum etiam quoduis aut agat aut patiatur: perinde mihi sentire uidentur, ac si quis, quod serra aut ascia sit, gigni mensam aut scamnum, aut aliud quidpiam affirmet: quasi non alia quædam prior sit causa, quæ uires horū instrumentorum ratione melioris aut deterioris disp̄set atq; gubernet. Sed quæ nam illa est dispensatrix et gubernatrix causa in generationibus rerum? La-tionē cæteris motionibus omnibus natura priorem esse ostendimus: eā quidē, quæ est perpetui et sem-piterni corporis, perpetuā sempiternamq; esse, ac

*In omnibus den apparet circulus geno proinde  
realis, ubi unum & malum loca allong  
utq; autem unum & unum sed & malum loca allong  
no fit generatus & crevul, sed magis & ueram  
liuorum et in extremitatum filij, pectoris sed & loca  
mentorum filij, sed recte malum tri tang & est satis  
& pessimum sed & in illis generatio circulans*

proinde cæteras omnes contineri ac gubernari ab ea, consentaneum est rationi. Non ergo uiribus & qualitatibus elementorum præcipue & principali ter sunt adscribendæ uices ac mutationes mixtorum corporum, sed conuersioni sempiternæ ac infinitæ rotundi, perfectissimi, & cætera omnia continentis corporis, qua nulla motio prior existit natura & perfectione. Hic uero motus si semper esset unus atq; conformis, is nimurum quem Mathematici diurnum uocant, eodem modo semper ageret in hæc inferiora corpora & elementaria, aut enim semper gigneret, aut perpetuo corrumperet. Ut igitur ortus & interitus rerum essent uices, alterum quoq; quo in contrarium aguntur orbes coelestes, & obliquum, introduxit opifex naturæ motum: qui cum & ipse, ut prior, sempiternus sit, fit ut perpetuae sint generationum corruptionumq; in his inferioribus uiciſſitudines, ac propè singulis momentis res naturales multipli-

citer moueri contingat.

*Florentia sine in genere belua formam in loca raro  
suum per partem conseruare & conservare. Et ha  
bitu regnante regi partibus. I. F I N I S. Quis in omnibus  
& locis raro. Haec uenit gratus pro raro, raro  
conseruatur.*

*Habundare et secundum tunc actives frumentum ad COM  
muni fratre mihi nomen. ac ruralem quæcactibus et figi  
dum quæcactibus sunt propter pluvias  
Raritas be huius causando est calidus. Grandas afigit  
lato, quæ ad frigidulum frigore condonat, ad eos tan pedes  
nam frigore granulas, et quæcactibus ad diuinum frigore appur  
lentibus ad huiusmodi. Quod rurale solum et pectoribus ad  
humidum temus et repletum. Ergo manus peccat quæ  
rurale solum quæd huiusmodi abmonsus fuscus per  
rurale solum huiusmodi peccat a siculo*

Abfoluta hinc solum. & corpora non similiis, non in corporis essent magis  
aqua in terra quae in aera sunt in perfecta, aera parvula, in his non habet  
obscurum nisi nom, et prius ab in perfectis perturb ad imperfectos

Subtilius & concisus EPITOME.

199 Sed Gratius Alphonsus

COMPENDIVM

IN LIBRVM PRIMVM

De Meteoris. Cap. 14

Quibus de rebus Aristoteles in libris  
quatuor de Meteorologicis disputat?



E imperfecte mixtis corporibus.

Quæ sunt imperfecte mixta?

Sunt, quæ perfecte mixtis oppo-  
nuntur: hoc est, quibus uel partium propriarū, uel aliqua qualitatū quatuor deest: nec ab elementorum natura ita lōgē absunt, quin breui aliquo momēto in hæc ipsa trāsire rursum ualeant.

Quare hæc à physicis uocātur Meteora?

Vel quod in sublimi aeris regione gignantur,  
uel quod animos hominum suspensos ac dubios teneant. ducta uoce à præpositione uerba, ex uerbo οἴω uel ἀἴω, quod tollo, eleuo, suspendo aut pendo significat.

Atqui multa eorum de quibus hisce libris  
disputat Aristoteles, non in sublimi, sed potius  
in imis terræ uisceribus oriuntur.

Verum id quidem est. Sed quia omnibus his com-  
mune quoddam nomen erat tribuendum, propte-  
reà quod horum omnium mixtio non esset absolu-  
ta, quodq; ex materiam ex causas efficientes ferè  
eisdem haberent: nomen est factū à parte quadam,  
ex quidem præstantissima, ijs nimirum quæ fiunt

¶

1 Vaporis & exhalationis  
2 aquæ & humi & metuorum  
3 pluviationis  
4 vegetabilium  
5 animalium & mineralium  
6 Terræ rationabilium

*& gignuntur in remotissima atq; altissima elementorum orā, quæ non longè abest ab ambitu cœlesti.*

*¶ Ista Naturæ & ad causam Quæ igitur istorum omnium  
elementorum sunt responsum?*

Quatuor elementa, sicut & perfectè mixtorum omnium.

Quæ causa efficiens & mouens?

Cœleste corpus: penes hoc enim principatus est motionis. Proinde caduca hæc & mobilia ab æterna conuersione huius corporis gubernari necesse est. Atq; cum omnia à principio quædam dependant, sequitur motus elementorum finitos à cœlesti infinito dependere.

Quot igitur sunt loca, in quibus hæc omnia producuntur?

Duo. nam aut in aere, aut in terræ visceribus omnia meteora gignuntur.

Num unius generis sunt omnia ea quæ in aere gignuntur meteora?

*aer undiquaq; non  
sunt similis*  
*Terra*  
*aeria*  
Nequaquam. Etenim nec ipse aer undiquaq; sui similis est: sed pro uarietate regionum, ut uocant Physici, alias atq; alias fortitetur qualitates. Proinde etiam quæ in eo gignuntur meteora, ad ignis naturam quædam propius accedunt, ignea ob id à Physicis uocata: alia aereæ naturæ uicina sunt, ideoq; aeria dicuntur: sunt etiam quæ aquam referant, in eamq; facilimè permutari possint, eāq; ob causam aquæ

aquea uocari solent. deniq; sunt etiam que refra- Aquea  
ctione tantum radiorum, commixtioneq; luminis  
& umbræ appareant. Hæc non in eisdem aeris  
partibus gignuntur, sed singulæ in sibi conuenien-  
tibus.

In quo*t* igitur regiones, seu par-  
tes aer diuiditur?

In tres: Supremam, Medium, & Imin.

Suprema regio aeris qua natura

prædita est? *In hac nō apparet nihil ab immo-*  
*deportante à terra, s. p. m. in tenui-*

Calida & sicca, adeoq; igni uicina. *utrumq; r. m. bū congru-*  
*gat uero. Et hanc de humore ad*

Quæ est causa? *ara q. g. n. f. pulchra. cuiusdam re per cas-*

Motus cœlestium corporum, & uicinitas ignis.

Media regio qualis est? *propter regisatio-*

Frigida & humida: quia non extenuatur cœlesti  
motu, nec reflexi radij solares ad eam usq; pertin-  
gunt: sed undiq; circumstans illam calor, facit ut fri- *propter regisatio-*  
*gus eius natuum vires intra se suas cogat, fortiusq;*  
*se ipso efficiatur. Quæ sane causa est, quod aestate*  
*illa regio quam hyeme sit frigidior. quod idem in*  
*specubus subterraneis, bonis cellis uinarijs, altissi-*  
*misq; montibus, usuienire cernimus.*

Ima regio quibus est prædita  
qualitatibus?

Propter accessum & recessum solis modo calet,  
modo friget: modo humida, modo sicca existit: iam  
imbribus madescit, iam & stu exiccatur.

Habent

Habent ne omnia quæ tam in aere  
quam in terra gignuntur meteo-  
ra, unam & eandem materiam?

Paulo antè diximus, ut omnium aliorum quæ  
fiunt & gignuntur, ita quoq; meteororum commu-  
nem esse materiam quatuor elementa. quod non ita  
accipiendum est, quasi ipsa elementa nihil antè per  
pessa, nec mutata omnibus rebus gignendis aptam  
præbeant materiam. Proinde dum terra, quæ ut-  
plurimum humecta est, à solis radiis incalescit, par-  
tes quædam ipsius extenuantur, resoluunturq; et  
in naturam quandam aeri non ualde dissimilem  
transeunt, sursumq; eleuantur. hanc communis uo-  
cabulo Aristoteles ~~exhalationem~~ appellat: nos ex-

~~Exhalatio. annis~~ halationē uocabimus, omniū ueterē pū, siue ignea  
~~duas petras~~ siue aeria, siue aquæ illa sint, materiā. Eius species  
vapor. ~~A calid.~~ sunt duæ. aut enim calida & humida existit, qualis  
~~in primis locis culidi~~ è locis humentibus extollitur, omnium aquoso-  
~~rum, in aliis p~~ rum, terrestrium quoque & aeriorum multorum  
materia: eam Aristoteles ~~et uida~~, nos docendi cau-  
sa uaporem appellabimus. Aut est calida & secca:  
cuiusmodi est ea que ex locis aridentibus, in summo  
solis estu exhalat: quam hætor Aristoteles, nos fu-  
mum uocamus, omniū igneorum ueterē pū mate-  
riam. Hi propter levitatem suam in summam aeris

~~Vaporis ultra m.~~ regionem euolant (quū uapores ultra mediā ascen-  
~~diū rugosum~~ dere non ualeant) ubi cum congregati fuerint,  
~~nō cœlum~~

~~qui si sit ardens & mollescere uoluerit~~  
Si uero infusa de magis op̄is compun̄tur  
~~re flamma in coniunctio~~ ~~Dupliciter in coniunctio~~  
~~exhalatio uos quoq; obroulo~~  
~~ad ignes &c ob Antrum profon-~~

E P I T O M E.

~~Ex à motu cœlesti ac uicino igne inflammati, uariarum formarum produntur metéopæ.~~

205 in coniunctione in hunc /  
opus tam sunt species  
lentum figura, quæ ex ne  
193 in marinisq; tigris  
/tigris q; sumit  
loco et tempore  
distantia

~~Quæ sunt igitur harum formarum differentiæ, earundemq; causæ?~~

Omnia differentiarum causæ sumuntur uel à positiu[m] materiae, uel ab eiusdem multitudine et pau[eritate]: hæc Aristoteles, propterea quod facile accendatur, ὑπέννυμα uocat. Etenim si hæc copiosa admodum fuerit, et in longum latumq; porrecta, et motu cœlesti accensa, flamma apparet ardens: unde se penumero Cœlum ardere uisum, prodigijs Cœlū ardēs, loco in historijs narratur. Si materia fuerit longa, æqualiterq; accensa, trabis repræsentatur species: Trabes, qualem apparuisse eo tempore, quo Lacedæmonij classe uicti, imperium Græciae amisere, Plinius author est. Sin uero eadem tanquam fauillis scintillare uideatur, proprius tamen quasi ad unum principium assilientibus, caprarum saltantium exprimi Caprae sal. tantes.

Stellæ dis-  
currentes.

An nonetiā in frigida aeris regiōe exha-

lationes hæc consistere possunt?

Possunt sanè: et tunc ob frigus uicinum et ambiens

biens spissescunt, præsertim si pinguiores fuerint,  
et à frigore compressæ eliduntur, non aliter ac si  
quis nucleus digitis elidat: ac huiusmodi quidem  
materia in terras sèpè ac maria accensa delabi ui-  
detur, non unam præ se ferens formam. modò enim

**Stella cadēs.** trabis, modò stellæ cadentis, modò lanceæ ardentes,  
**Lácea ardēs.** modò alterius rei formam, pro uarietate positus et  
copia materiae præfert. Differunt tamen ab ijs  
quæ in superiori aeris regione accident, quòd hæ  
accendantur et inflammentur, ille uero secernan-  
tur ac exprimantur à frigido.

Possunt ne etiam in infima aeris re-  
gione huiusmodi ignita ui-  
deri meteora?

Si materia uel propter debilitatem uirtutis eue-  
hentis, uel frigus uicinum in infima hæserit aeris re-  
gione, multaq; ex copiosa fuerit, domus ardens in-  
terdum apparet. Si uero pauca fuerit, et pinguis,  
qualis circa cæmiteria et loca supplicij nocentum  
destinata, aut in quibus magna uis hominū in præ-  
lijs interactorum sepulta est, extrahitur, sèpenu-

*Ionis fatuus  
et quo dux  
aberrat, si q; hu-  
temor fuit, cum  
Fecili eumus*

mero candela ardens, ignis uocatus fatuus, appa-  
ret. Huiusmodi etiā flammule in deuia interdū ho-  
mives duxere, ac uenenato afflatu necauere. Pos-  
sunt etiam uarios sonos edere, interdum etiam ei-  
lantis aut clamantis, aut uocantis hominis imitari  
sonos, prout materia in seipsum aut aliud quiddam  
uariè

nariè incurrit, impegeritue. Sæpius hæc autumno contingunt: quod ex frigiditas hyemis, quæ terram constringit, ex estatis siccitas, qua materia ista maxima ex parte absimitur, hæc impedian.

Quæ causa est, quod nocte serena hiatus interdum cœli appateant,  
aut fouæ, aut eiudem species  
sanguinea?

Ex his quæ hactenus dicta sunt, cùm harum (ut ~~hæc omnia~~  
sic uocem) apparentiarum, tum etiam aliarum omnium causa reddi facile potest. Etenim si summa aeris pars cogitur, ita ut interdum flamma, interdum torres, sepe etiam stellæ discurrentes appareant: quid miri, si idem concrescens uarios representet colores? Siue enim lumen confundatur in opaco, ac non omnino illustri perspicuo, hoc est, lux per densiorem aerem minus perspicua appareat: siue infractio fiat radiorum in polito corpore, in quo tamen non figuræ, sed colores tantum represententur, uarios apparere colores exploratum est, præsertim uero puniceū et purpureū. Quare omnium istorum phænomenon causa peti debet aut ex uarietate materie atq; exhalationum, aut ex positu eaurundē, aut ex luminis per eas transparentis positu. Proinde hiare uidetur cœlū tum, quando densus et uiscosus fumus in suprema aeris regione consistens inflammatus fuerit; ita quidem, ut uiscositas eius &

*Cumq; coctum  
in situr man*

densitudo in medium recedens, extremis partibus rarioribus inflammatis, media, utpote densior, non accensa, hiatum quendam præseferre uidetur, dum scilicet obscuritas in media luce inflammationis cir-

*Si maior hiatus cumquaq; illustrata, cavitatem quandam repræsentat. Hæc si maior sit, hiatus: si minor, fovea appellatur. Si arctius concreuerit, trabes ex huiusmodi cœli constitutione excidere uidentur. Si undiquaq; si bì similis sit materia, luce inflammationis illustrata, cœli species apparet sanguinea. Eadem causa est uarietatis colorum, figurarumq; quæ in nubibus cernitur, prout scilicet admixtus ignis aut superat, aut uincitur. Nec ratione omnino caret, quo d Plinius inquit: Lumen saepius de cœlo noctu uisum, ita ut diei species noctu reluceret. Fit enim istud exhalatione aliqua tenui & rara accensa, quæ propter subtilitatem citò inflammatur: neq; diu incendium istud durare potest. Ex his quæ commemorauimus, etiam aliorum, si quæ apparēt, causæ facile possunt reddi. Nec obscurum est, cur hæc noctu tantum appareant: diei enim lumen hæc impedit.*

*Cur noctu appa-  
nent* *Quæ est cometarum generatio?*

Eadem ferè, quæ aliorum, de quibus hactenus dimisimus. Gignuntur enim in tertia regione aeris, ex calidis & siccis fumis incensis. Etenim si in quadam ipsius parte huiusmodi exhalatio coſtiterit, quæ inflammari posſit, nec tamen ita confertim incendatur,

tur, ut tota breui tempore conflagret: nec rursus tam tenuis & rara, ut protinus absumpta ardore evanescat: sed uberior, & quæ in longum tempus sufficere perpetua accessione quadam succedetum exhalationum, quam cœli motus solisq; calor ex inferiore loco adducit: hæc inquam exhalatio si ascendatur cœlorum impulsu, ac ab igne supremo, Cometes, hoc est stella crinita gignitur: que à coma seu crine appellationem sortita est, quoniam radios quosdam accensos ueluti crimem emittit, qui nihil aliud sunt quam eiusdem exhalationis ramuli circumquaque sparsi & accensi. Porro quo materia copiosior fuerit, eo diuturnior fit cometes, adeò ut sex integros menses durasse quendam memorie proditum sit. Etsi Plinius referat, ut minimum septem, ut summum quadragesima durare dies cometen. Quemadmodum autem si moueatur cometa, stellæ mobili assimilis est: ita consistens, tanquam quiescens stella apparel. Quiuscumque stat, cum inferius in tertia regione constiterit. Mouetur uero, cum in superiori loco incenditur illic enim aer mobilis cum puriore igne incipit esse. Qui uero circumducitur cum motu cœli, plerunque aut cum erratica aut cum fixa stelli nexum quendam habet.

Sunt ne cometæ semper eiusdem figuræ?

Nequaquam: sed pro materie uarietate diuerfas formas & colores, ac proinde nomina quoque sor-

*Cometa unde fieri  
poterit*

*Cometas quæ dnu  
fuerat*

*Cuantu[m] q[uod] est  
cometa*

n 3 tiuntur. *litteras*

*Vana nrozo Comæ*

*Rotundi dicuntur  
proprie cometæ.*

*Barbati Pogo-  
mæ oblongi  
dicuntur*

*Acontia iacuti  
Xiphæ mucronis  
formam tunc*

*Ceratæ*

tiuntur. Quidam enim sunt rotundi, qui propriè dicuntur cometæ: quidam oblongi, & produc-tiores ab altera parte, qui pogoniae, hoc est barbati uocantur: acontiae iaculi, xiphæ mucronis formam habent: ceratiae, ueluti cornibus quibus-dam distinguuntur. Sunt item alij candidi & ar-gentei colore, propter raritatem exhalationis: alij sanguinci & rubicundi, propter eiusdem densitu-dinem & crassitatem. *Ex grecis lampyris uenientibus  
et gnatibus*

Quid significant? aut quid prædicere possumus ipsis apparentibus?

Immensos ac ardentermos æstus, siccitates, uen-torum assiduas agitationes: item sterilitatem, pe-stem, bella, clades, tumultus, mortes Principum ac magnatum, deniq; multa alia mala. id quod varijs exemplis confirmari potest. *Raro locis sunt  
qui afficiuntur et ipsi  
climatis per meatus*

Quare plerunq; extra tropicos co-metæ conspicuntur?

Quia sol alijq; planetæ, qui per Zodiacum erra-tico motu cidentur, non tantum congregari sinunt exhalationum: sed easdem dissipant & diffundunt motu suo. Deinde maxima pars ad lacteum circulum accumulatur, ut merito in hac regione singularibus co-metis desit materia.

Sed

Sed ut de lacteo uocato circulo iam dica-  
tur, tempus requirere uidetur, qua nini-  
rum de causa hac potissimum cœli par-  
te conspiciatur, & quæ eius  
sit materia? *Cup. 8*

Constat eadem materia galaxia, qua cometæ illi, *Galaxia est donum  
matrem corporis  
qua Cometa*  
qui ab una aliqua stella trahuntur, ac in orbem uer-  
santur. Nam extremus aer quanquā ignis non fit, *ce*  
aptus tamē est qui incendio facile inflametur: quo-  
niā exhalationibus coactis, emicare in eis ignē om-  
nino necesse est. Cuiusmodi igitur stella singularis  
inflammationē cometæ administrat, eiusmodi in toto  
circulo illo à pluribus stellis per circuitū exardesce-  
re exhalationes, atq; incendi uerisimile est. Sub Zo-  
daco autem tanta uis et copia exhalationū colligi  
nequit, ob perpetuū solis aliorumq; planetarū cur-  
sum, quo materia hæc omnino absuntur: ac pro-  
pter hanc causam, ut diximus, plerunq; cometæ ex-  
tra tropicos spectantur. Hic circulus non solum à  
Zodiaco longè remotus est, sed etiam ultra tropi-  
cos euagatur. nam à septentrione in austrum ex-  
porrectus, ad utrumque polorum extenditur, *et*  
*ipsum Zodiacum in Geminis et Sagittario in duas*  
*æquales portiones intersecat.* Porro quod multitu-  
dine stellarū in hac parte cœli coruscantū, exhalati-  
onesq; attrahentium et accendentium, efformetur  
lacteus ille circulus: hinc etiam liquet, quod prope-  
modum geminari uidetur eius amplitudo in alte-

~~ro semicirculo, propterea quod in ea regione coeli multo plures stellae defixa.e, ac longe frequentiores sint quam in reliqua.~~ Ex his igitur manifestum ~~quod~~ euadit, Lacteum circulum nihil aliud esse quam maximi circuli comam, ex contracta & coacta exhalatione natam. Et ob hanc causam non multi, neque sepe fiant cometæ, quod materia cometis gignendis apta in hunc semper locum secernatur.

Hactenus de ijs quæ in superiore gignuntur aeris regione, satis est dictum: nunc de ijs quæ in media & infima orion-

Cup: 9 tur, doceri cupio.

Habent hæc omnia causam efficientem similem, motus nimirum cœlestium corporum, qui ex terra & aqua uapores eliciunt, sursumq; euehant in median aeris oram: quod cum peruerterint, destituti caliditate que eos euexerat, quod ea partim dissipetur, partim in superiore locum euehatur, partim etiam à frigiditate mediæ regionis extinguitur, in aquam rursum coeunt. atq; hæc communis est omnium quæ ibi gignuntur materia: quæ quando ita coit, nubes dicitur: nebula uero, quæ οὐίχλη Græcè dicitur, imperfecta est nubes, et tanquam sterilis, ac proinde serenitatis potius quam pluuiarum nunciæ. Porro quæ ex his gignuntur, hæc ferè numerari solent: Pluua, ros, pruina, nix, grando. de quibus ordine dicendum est.

Hebas & vapor culuis & humidis, celorum soles & religiosum agnorum olmatus ad Quoniam amoris regionem q; a frigidest. Iam solis, atq; legum factus in plurimam abit pluvia & nubes ligur facta tunc celum soles in aquam diffunduntur solida: Si cum inserviat expulsor ut uero membrum Raci dicit, Tuber tr

**Quomodo ergo fit pluuiia?**

Quādo nubes calore solis liquefacta, guttis grā-  
dioribus et frequentioribus decidit.

**Quur addis grandioribus?**

Quoniam si minutissimis guttulis decidat, v-  
nādes Græcis appellari solent, Germani uocant  
Riseln.

**Cap. 10 Quomodo generatur ros?**

Ros proportione pluiae respondet: sed ab ea Ros à pluiae  
differt paucitate materie, ex loco. Quādo enim id quomodo diffin-  
quod quotidie ex terra exhalat, fuerit exiguum, nec Genera hinc somme  
altius à terra euehatur, propter caloris subuehen-  
tis paucitatē, et in aquam frigiditate noctis iterum Subtiliter molitur  
coierit, ros appellatur, qui locis et temporibus te-  
prioribus gignitur.

**Quomodo fit pruina?**

Quando hæc eadem exhalatio, priusquam in a-  
quam mutata deciderit, in gelu cōcreuerit. Proinde  
frigidioribus et locis et temporibus gignitur: ambo  
autem serena nocte, et à uentis silente.

**Quæ est niuis generatio?**

Nix eandē habet suæ generationis causam, quam  
pruina. differt autem ab ea loco et multitudine ma-  
terie. Nubes enim cum frigore, quo circundatur,  
congelatur: priusquam in aqua spissetur, niuem ab-  
ijcit: fitq; nix colore albo, propter frigus humorem  
constringens.

*Grando generatur ex uaporibus, quemadmo-*  
*dum etiam alia de quibus modò dictum est meteo-*  
*ra, in median aeris regionem subductis, atq; in eius*  
*infimo loco consistentibus. Generatur autem præ-*  
*sertim tepidis et locis ex temporibus, ex mediocriter*  
*humentibus: plerumque enim uero tempore ca-*  
*sus grandinis accidit. Vere igitur aer inferior calo-*  
*re perfunditur: quo fit, ut media regio impensius*  
*frigere incipiat, calido ipsum circundante ex cohi-*  
*bente. Ita enim fert natura, ut contrarium refugiat*  
*et resiliat à contrario. Hinc uidemus caua terræ*  
*hyberno tempore calidiora, aestiuo frigidiora exi-*  
*stere. Tepidi ergo ex aquosi uapores huc sublati,*  
*condensari ibidem incipiunt confertim ac copiose:*  
*quapropter magno etiam impetu frigescunt, et*  
*priusquam decidunt, in glaciem concrescunt. Cuius*  
*rei due cause sunt: circuistans uimirum calor, à quo*  
*frigus intèditur: et uaporis tepor, ac partium eius*  
*tenuitas nam aquæ calidæ citius congelantur quam*  
*frigidæ, quod actionem contrarij magis sustineant:*  
*et quæ partium sunt tenuiorum, promptius patiū-*  
*tur. Aestate autem ob siccitatem aeris casus gran-*  
*dimis frequens non est, hyeme admodum in-*  
*solens, quod tum media aeris regio*  
*calidior esse soleat.*

Quid

**Quid præterea in superiore aere sit,**  
*Cap: 13* cuius causæ nobis sint  
 indagandæ?

Venti. Sed de his commodè dici non potest, nisi  
 de fontium ac fluminum scaturagine dictum prius  
 aliquid fuerit. nam flumina ex venti pro eisdem an-  
nalogia habentur.

**Vnde igitur fontes & flumi-**  
**na oriuntur?**

Non absurdum est si dicamus, eodem modo ~~a-~~  
quam ex aere gigni in terra, quo supra terram fit. ~~c-~~  
 Proinde, quemadmodum diximus, uapores calidos  
& humidos in medium ex frigidam aeris regionem  
cuectos, destitutos calore ex refrigeratos in aquam  
mutari: ita etiam in cauis terre, ex uaporibus den-  
satis aquam effici, rationi est consentaneum. Hæc  
vapor in guttulas  
guttatim in unum aliquem locum confluens, si con-  
fertim ex terra erumpat, flumen: si parcus, fons die  
refolday, ry brin-  
citur. Etenim terra huiusmodi uaporum plena est: ~~terra~~ ~~uaporum~~ ~~plena~~ ~~presertim~~ ~~uerò~~ ~~montes~~, qui admodum sunt cauer-  
nos, ex instar spongiarum. Hinc uidemus, ex ma-  
ximis montibus maxima oriri flumina, fontesq; plu-  
rimos. Porrò ita in terra gigni aquam, quemad-  
modum diximus, uel id argumēto esse potest, quod  
ij qui aqueductus struunt, scrobibus atque cunicu-  
lis aquam deducere tanquā ab excelsō sudante ter-  
ra solent.

Ex maximiis mun-  
tibus maxima  
oriri flumina

**Quæ**

Quæ causa est, quod interdum flumina  
deficiant, interdum noua oriantur: item  
maria nonnunquam in aridam, ari-  
*Eg. 14.* da rursum in maria mutetur?

Causa horum omnium est, quod terræ partes in-  
terioris, quemadmodum animantium plantarumq;  
corpora, iuuentutē ac senectam habeant: hoc tamen  
interest, quod id totis animantium plantarumq; cor-  
poribus simul, terræ autem per partes accidat, cau-  
sa caloris ac frigoris, ac propter solis cœlestiumq;  
corporum conuersionem. Quemadmodum igitur  
uigentia animantium corpora multis ac bonis suc-  
cis abundant: ita partes terræ nunc iuuenescunt, fœ-  
cundaq; sunt: nunc consenescunt quodammodo, de-  
stitutæ nativo humido, et sterilescunt. Proinde ali-  
quandiu aquosa permanet, deinde aßiccatur. Cum  
uerò loca quedam aridiora fiunt, fontes primum  
deleantur necesse est; deinde ex magnis amnibus pu-  
sillos fieri, et tandem prorsus exarescere oportet,  
ac rursum alios in alijs locis exoriri. quod cum ac-  
cidit, maria quoque permutari oportet. Est et alia  
huius rei causa: exaggeratio nimirū limi, quem  
flumina secum uehunt, quo aluei explentur ita, ut  
aut aliud diuerticulum querere cogantur, aut ex  
amplissimis paludibus fiat spacia alueis fluuiorum  
similia. quo sane modo Aegyptus, cum quondam to-  
ta aquis opera esset, fluminis tandem Nili inuesti-

nat&amp;

nata est, paulatimq; aridior effecta: atq; hæc omnia fatali quadam temporum periodo accidere existimandum. Ac ita quidem Aristoteles de hisce rebus loquitur. At Psalmus cœtesimus septimus aliam ad fert rationem, inquiens: *Qui posuit flumina in desertum, et scaturigines aquarum in siti, terram fructiferam in sanguinem, propter malitiam habitantium in ea.*

## C O M P E N D I V M I N L I B R R M . secundum Meteororum Aristotelis. *& tunc caput*

De generatione fluminum dictum satis est. Sed quoniam ea omnia mare ingrediuntur, non ineptè hoc loco quæritur.

an quemadmodum flumina, ita — *Ymum qd ex Elementorum  
etiam mare generetur?* — *tunc locum Elementorum*

**M**are unum esse è quatuor elementis, nempe *in genere genere* *maret in me bire*  
aquam, omnib. in confessu est. Quum enim Ergo et mare qd ex  
quodq; reliquorū elementorū suum locū sortitū sit: *Ex autem mare* *hunc hoc sit nra*  
consentaneū est, aquæ quoq; elementū alicubi collo *Aquæ. Etlo*  
catum: quumq; maior uis et copia aquæ nusquam *ne manus nra in ma*  
alibi appareat, consonum est rationi, hoc quod nos *ne lumen habet aquæ;*  
mare appellamus, aqueū esse elementū. Proinde si elementū nra oceani  
qui ex philosophis mundū aliquando incepisse rati sunt, ijdem cum eo mare quoq; extitisse nō ambige- *ocum et rati oceani* *nonq; amantur sed*  
bant. Qui uero æternum mundum esse putabant, *tempore, et causis hi*  
maris quoq; nullam esse originem rebantur. *saltum hoc fit per* *accidens*

*Agnum alijs ori flum. Huc Si igitur*  
*signalis huc autem aut uerba aut acta*  
*Totus est principium nra à genere nra flum*  
*sunt principia in genere p. nra in flum quod autem flum*  
*Et hinc uero nra nra, et gla occit deinceps nra*  
*sum habilitatis, ut q. tunc eis uero ingrante*  
*q. nra p. portuus nra orignos traheat*  
*et colatur et pone*  
*colitur reddatur*

Mare est in genitivo et in nominativo secundum partem  
et locum per aliquam clamorū coniugia latius se extendit

## 206 PHILoS. NATVRALIS

Si igitur mare ex elementorum est nu-

Cura principium & pars  
ipsi magis materialia  
quam principia  
pero, cur salsum est: quoniam elemen-  
ta sunt corpora simplicia, & proinde  
qualitatibus secundis  
careant?

De causis salis in mari, uarie fuerunt opinio-  
nes ueterum philosophorum, quas copiosè refutat  
Arixtoteles: ipse uero hanc adfert rationem, quod  
exhalationes adustæ calore solis, cum aqua maris  
permisceantur, amarumq; efficiant eius saporem.  
Cum igitur sol calore suo, quicquid in mari est dul-  
cis aquæ, ex ob id leuioris, extenuet in uaporem:  
quod autem crassum & adustum est, relinquatur;  
ut mare semper salsum existat. Rationem hanc ue-  
ram esse, ex eo primum liquet, quod æstate quam  
hyeme salius mare existat: deinde, quod ad orien-  
tem quam ad occidentem salius sit.

Sed quæ causa est, quod mare tot flu-  
minibus in ipsum ingredientibus,  
maiis non efficiatur?

Perstr. quantum Si quis diligenter attendat, difficile non est ad  
aqua in mon. hanc questionem respondere. Quemadmodum enim a-  
mare subter, tunc in terra transmutari, que cyathus collectus multos dies durare potest,  
ide in mesam effusus citissime exarescit: ita fluminis  
aqua omnis in mare latissime dispergitur, ac proin-  
de celeriter, nec animaduertetibus nobis exiccatur.

Quid est uentus?

Est multitudo fumosæ exhalationis, è terra pro-  
gressæ,

EPI TOME. Effusio & diffusio Respirationis in regione  
Propinquia et partibus frigidi ardore  
207 anni regni, vi 20  
anno 1700. editio secunda.

gressae, circum terram motae, agitatæq; aeremq; se-  
cum rapientis. Quemadmodum enim ex humidis ex-  
halationibus imbris, ita ex fumosis excitantur uenti  
in hunc modum. Consurgunt interdum è terra ma-  
gna copia exhalationes fumosæ, et sursum in aerem  
feruntur. Cum autem longius à terra discesserint, à  
frigido occurrente reprimuntur, paulatimq; in obli-  
quum retorquentur. Est enim non omnino sicca ex-  
halatio: quò ergo inclinarit, in eam regionem uen-  
tum impelli necesse est. Congrediētibus porrò mul-  
tis exhalationibus, tādem magno impetu collectæ,  
sest in aerem effundunt, in eum planè modum quo  
flumina antè generari diximus: nimirum paruis a-  
quis in terra guttatum congregentibus, et tandem  
confertim erumpentibus.

Quare uentorum motus obliquus est,  
quam tamen uapores è di-  
recto ascendunt?

Oblique circa terram feruntur uenti, quòd o-  
mnis aer motum istorum uaporum sequatur, qui exhalationis levitas  
violentia frigoris occurrentis non è directo de-  
scendunt propter levitatem suam, sed composito motu et violento et naturali in obliquum retor-  
quentur.

Vnde est principium uentorum?

Motus illorū, quo oblique defluunt, principium  
est ex loco superiore: materia uero, ex terra.

Hanc uenientem fluxionem totum cum in primis sunt  
venti nati in locis generatione fortioris sunt. Quae  
quoniam in locis terrenis uentorum  
principium non est alio sed ab alto primum  
venti nati sunt in locis generatione fortioris sunt.  
Habentur genitrix illas habet et ex quod omnes uentus minorem  
est violentia corporis corporis proprieatis uentus uentus  
violentia. Quia locis non nisi nati sunt fortiori.

*Venti carissimi*  
Quæ causa est, quod sol interdum excitat, interdum comprimit uentos?

Comprimit uentos, et cohabet, quod exiguas et infirmas exhalationes suo calore uehementi discutiat, et absumat. Præterea et terrā exiccat, priusquam eiusmodi exhalationes excitentur. Atque ut generatim loquamur, uenti duabus de causis silere solent: aut propter frigus nimum exhalationes extinguiens, aut propter calorem uehemētem easdem absumentem. medijs uero temporibus et locis, hoc est, nec nimio frigore rigentibus, nec rapidissimo aestu torridis, frequentiores sunt uenti.

Quæ causa est, quod post pluuias uenti plerunq; flare incipiunt?

Quia madefacta terra aquis pluvijs, cum partim interno calore, partim externo solis excicitur, magna uim huiusmodi humorū effundere incipit, qui uentorum naturam constituunt.

Cur desinentibus uentis, pluuiæ incipiunt?

Quia cum uenti flant, semper quod calidius est secernitur, et altius subit: proinde eū qui relinquitur uaporē, eiq; admixtos etiam fumos, reddi frigidores, ac in aquā tandem concrescere necesse est.

Quis est numerus & situs uentorum?

Hæc subsequēti monstrātur descriptione. Porro.


*Venti qui contra contrarij sunt, qui per diametrum opponuntur.*  
*Thra*  
*ri*  
*et*  
*andinae uanam*

*Thracia & Mesen A-*  
*rיסטoteles dicit non esse uen-*  
*tos oppositos. Alij eis oppo-*  
*nunt Lybonotum & Euro-*  
*notum. Nautae 36 numerati:*  
*sed hi sunt præcipui:*

*In genere, om-*  
*nes uenti aut aqui-*  
*tonares aut austri-*  
*ni appellari solent:*  
*ut ex Hippocrate*  
*facile patet.*

## Septentrio.

Occidens &amp; quinoctialis.



## Meridies.

*Aristoteles adfert raz-*  
*ionem, cur à septentrione*  
*plures uenti spirant, quam*  
*à meridie.*

*Eurus Notō ui-*  
*cinus est: ob id se-*  
*penumero Euronoti*  
*flare dicuntur.*

De

De Etesijs siue anniuersarijs uentis, qui omnium uentorum maxime sunt stati, ex sole ingrediēte pri  
mam partem Leonis, à Septentrione exoriuntur, ac  
quadraginta diebus perflat, ita scribit Cicero lib. 2.  
de Nat. deor. Quām tempestuos autem dedit natu-  
ra, quām salutares, nō modo hominū, sed etiam pe-  
cudum generi, his deniq; omnibus quæ oriuntur ē  
terra, uentos Etesias? quorū flatu nimij temperan-  
tur calores, ab ijsdem etiam maritimi cursus celeres  
ex certi diriguntur.

## Quibus de rebus deinceps dici debet?

*De terræ motu : quòd eius causa , cum ijs quæ  
suprà dicta sunt, cohæreat.*

Quid igitur causæ existimandum, quod tanto impetu nonnunquam terra concutiatur, ut non modò edificia, sed & totæ urbes funditus euertantur, aut aquis obruantur, hiatus efficiantur, putei obturentur, montes diuidantur, flumina auertantur, aut absorbeantur, multaque alia horrenda accident?

Spiritus multus ac copiosus intra terrae meatus inclusus, suapte natura exitum quærens, eundemq; propter terræ soliditatem non reperiens, tanta ui terram concutit.

Sed quo pacto spiritus ille terræ  
sese insinuat:

*Terra per se arida existens, causa imbrum mul-*

*Terrae census ex halatione frigidae et  
succum aqua frigidae et humidae*

*ratuum firmi sulphurei*

## EPITOME.

311

tum in se continet humoris: proinde partim feruo-  
re solis, partim suo igne, quem continet, incalescēs,  
magnam spirituum aridorum calidorumq; gignit  
copiam: qui interdum foras omnes effunduntur ac  
uentos (quemadmodum diximus) procreant: i-  
terdum autem in interiores terrae cavitates se re-  
cipiunt, ac terræmotus efficiunt. quoties uero par-  
tim foris erumpunt, partim intra terram retinen-  
tur, terræ quidem motus interdum efficere, sed non  
adeo magnos possunt. interdum sonos quosdā effi-  
ciunt, ita ut solum nonnunquam mugire uideatur.

**At uerisimile non uidetur, spiritui, cora-**  
**porileuissimo, tantam inesse vim, ut im-**  
**mensam hanc terræ molem concu-**  
**tete queat.**

**Imò spiritum illum exhalationis violentissimum**  
**esse, in bombardis, quas vocant, perspicuum est.**  
**Etenim flamma, quæ violentam illam eruptionem**  
**efficit, nihil aliud est quam ignis spiritui admixtus.**  
**Aristoteles uero hoc ipsum etiam ratione non ine-**  
**leganti comprobat, ita inquiens: Oportet id quod**  
**terram concutit, maxima uia ad mouendum esse**  
**praeditum. huiusmodi autem corpus est spiritus:**  
**quum & longissime progreedi posse, & uehementi-**  
**ssimus existat. uehementissimus quidem, propter**  
**celeritatem: longissime uero progreedi potest, eo**  
**quod omnia penetrare posse.**

## Quot sunt differentiæ motus?

Tremor, in latu Aristoteles duas commemorat: quorum unam tremori, alteram pulsui similem esse dicit. Prior est, cum terra in seipso vibratur: altera, quando terra uelut intumescens assurgit, et attollitur uentorum: ut hinc inde nutent ædificia, eleuataq; subsidant denuò. hanc Seneca succussionem appellat. Idem addit tertiam speciem, quam ipse inclinationē uocat, cum terra instar nauigij in aliquā partem inclinatur. Alij multo plures numerant.

Simica pulsuum  
Successio m̄m  
nominal  
Inclinatio

Quibus signis intelligitur, Aristote-  
lis rationem esse ueram?

Primum ex eo, quod sæpenumero animaduer-  
sum est, terræmotū non prius desiffse, quam uentus  
ille qui terrā cōcussérat, instar procellæ è terra eru-  
perit. 2. Quod ante terræmotū sol fiat obscurus, et  
caliginosus citra nubem. nā cum uetus, qui uim dis-  
soluedi discernēdiq; aerem obtinet, terrā subire in-  
cipit, solem caliginosum effici necesse est. 3. Quod  
träquillitas et frigus terræmotū præcedat, uēto ni-  
mirū in terrā sese recōdente. 4. Quod tenuis et re-  
cta quædā linea seu nubecula ante terræmotū in ae-  
re appareat, nimirū lāguescēte spiritu, propterea q;  
iā in terrā demigret. 5. Quod ijs in locis plurimi et  
maximi fiat terræmot⁹, que sunt fungosa, atq; sub-  
terraneis cauernis abūdāt: qualia sunt, authore A-  
ristot, Achaia, Hellebontus, Sicilia, Eubœa, etc.

~~ffuctus sponus uali diuq; bene qualibet  
Umanus hunc motum ferbit tempore  
no natum~~

Causa mediorialis hunc motus ē frumenti, frustis, lichenis,  
aqua uel longa qd pati ual  
Formales ē concretae et agitatio hunc  
Finalis significat uolens finales omniaq;  
vol per m̄m Dij

Quandiu durare potest terræmotus?

Arist. author est, totum biennium durare posse.

Quæ est causa fulgorum  
& tonitruum?

Materiam habent eandem, quam uenti ex ter-  
ræmotus. Nam cùm promiscue exhalationes sic-  
cæ plurimæ cum uaporibus humidis medium pe-  
tunt aeris regionem, tum sanè plurima pars sic-  
carum exhalationum sua leuitate supra medium  
regionem euadit: quædam uero mixta cum uapo-  
ribus, excludi, secerniq; tum solent, cùm uapores  
densari in nubem incipiunt. Atque hæ suapte na-  
tura sursum tendentes, à nubium densitate repel-  
luntur, elidunturq; deorsum. Est enim nubiū con-  
stitutio in superiore parte densior & frigidior,  
quòd ibi calor exhalationum in superiorē locum e-  
uolās deficiat. Proinde etiā fulmina atq; procellæ,  
& omnia eiusdē generis, de quib. mox dicemus, de-  
orsum præcipitantur. Porro dum exhalatio ita  
repellitur, eliditurq; sonū edit illum quem tonitru  
appellamus. Quòd si comparare paruis magna  
uolumus, non aliter fit sonus ille, quām cùm in foco  
flamma crepat. Nam crumpens ex lignis multa  
exhalationis copia, proxima diuerberans, & ma-  
gna ui impellens, ac ligna rumpens, sonum istum  
efficit. Eodem planè modo spiritus in nubibus  
excretio, incidens in densitatem nubium, cunq;

Fulgor et Ton  
tu ex causam ma  
lorum et ventorum

Dum exhalatu  
n repellatur

impellens, tonitru efficit. Dispares autem exau-  
duntur in tonitru frmitus, propter inaequalita-  
tem nubium atque ita quidem fit tonitru. Cete-  
rū spiritus ille cum sit tenuis, siccus & calidus, se-  
cretus atque expressus nubium densitate, motu illo  
Fulgor, vel fulgur & elisione inflammatur: atq; id fulgor, seu fulge-  
rum dici consuevit. Quamvis autem tonitrus  
precedat, ex fulgor subsequatur, citius tamen ful-  
gor oculos ferit, quam tonitru aures: quod nimi-  
tus fulgor, sonus sine subtilioris, rimbis auditus sonos percipiatur. Prius enim aliquid uide-  
mus procul fieri, quam sonum qui percusione edi-  
tur, percipiamus. Ex his quae hactenus dicta  
sunt, eandem esse causam supra terram uentorum,  
in terra motuum terrae, in nubibus autem tonitru-  
um ex fulgorum, satis intelligitur.

### C O M P E N D I U M I N L I B R U M Tertium Meteororum.

Quibus de rebus porrò est  
dicendum?

**D**E ijs, quae itidem ut fulgora & tonitrua, ef-  
ficiuntur ab inclusis in nubibus spiritibus,  
seu exhalationibus.

Quae nam sunt illa?

Ecnebias, seu procella: typhon, id est uibratus  
ecnebias: prester, hoc est turbo ardētior: et fulmē.  
Quo-

Quomodo igitur generatur  
ecnephias?

Cum spiritus ille seu exhalatio, de qua iam multa dicta sunt, in nubibus inclusa, in partes exiguae & sparsim diffunditur & dissipatur, & sepe co-ritur & diffatatur, tenuiorq; existit, tonitrua edit, et fulgura. Quando autem densius magisq; confertim uno in loco crassior spiritus globatur, eieci-turq; uentus ille efficitur quem ενεφίαν Græci, ex rephab pro colla procellam Latini uocant: qui ucheinens est, ex uiolentus, propter iactus celeritatem. Sin uero ingeti, & uno quodā impetu uapores constricti deorsum precipitatur, una cū exhalationibus, tū magna uis aquæ subito effunditur: Germani uocat, ein Wolkenbruch: Græci, authore Arist. in li. de Mundo, ξυρόπτερον Graecorum in uolatiliter vocant uocem.

Quomodo generatur typhon?

Quando idem spiritus ex ampliore loco nubis in angustorem, densumq;, quem perrumpere non possit, deuolutus, coangustari cceperit. tum enim in uorticē cōtorqueri necesse est (quem idmodū etiā fieri solet, cum in angiportus uenti impingunt: tum enim rotantur, & uertigine quadam incurvantur)

*Ecclesiasticus in materna ueritate causa Typhonem diffunni lumen from his minis et manus 4 atq;  
Ecclesiasticus tu processus et trahatus Typhos saeculos  
Exscripti albus et latius flat  
Typhos uero horribilis et confusus  
Exscriptus diuersi fecit  
Typhos uero coruscantes*

atq; ita tandem ex nube erumpens, in terram rotatus, in gyrum defertur, arbores interdum & nauigia comprehendens & frangens. Deorsum autem fertur propter nubis in superiori parte desitatem, quam perfringere non potest. De hoc eleganter Plinius. Defert hic secum aliquid abruptum è nube gelida cōvoluens, uersansq; et ruinā suā illo pondere agrauans, et locū ex loco mutās rapida uertigine, præcipua nauigantū pestis: nō antennas modò, uerū ipfa nauigia contorta frangens: tenui remedio aceti in adueniētē effusi, cui frigidissima natura est.

**Quid est prester?**

Quando idem ille spiritus deiectione sua inflammatur, prester dicitur, contagione ignis inflammās aerem, coloratumq; reddēs. inflammatur autem tū, quādo subtilior, magisq; tenuis spiritus fuerit. Dif fert ergo à typhone eo solo, quod coloratus sit.

**Quae est causa fulminum?**

Quando magna copia tenuis spiritus è nubibus frigiditate expressa, magno edito fragore nubem perrumpit, & in terram deuoluitur, fulmē dicitur. Magna enim caloris conclusi ac frigoris constringentis pugna, maiore efficit inflammationem: quē admodū (ut liceat nobis in re magna humili ut similitudine) cū candelæ ardenti aqua suffunditur, calor sese frigiditati opponens augetur, & strepitu facto multas quasi scintillas ejicit.

Remedii ad uesperū Typhum 1 loca sublata Quoc  
ura, nō si profundus quin q; probg lora mīos  
2 Pallas in hūlī marī, nō q; ob iā mī pīa lora  
3 luna pīi solant 3 luna cōvare, nā  
lunā pīlūrū nō laetūr

## Quot sunt species fulminis?

Aristoteles duas commemorat: unam à poetis  
duas species ful-  
ηγντα uocari scribit, Plinius Clarum nominat,  
mirificæ maximè naturæ. hoc enim, inquit, dolia  
exhauriri intactis operimentis, nulloq; alio relicto  
uestigio. Aurum & æs & argentum liquari intus,  
sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne cōfuso qui-  
dem signo ceræ: quando nimirum planè tenuis &  
subtilis spiritus fuerit, illud non adurit ea quæ con-  
tigerit. Alteram ηλοερτα nominari dicit, id est  
fuliginosum, quādo nimirum spiritus existens spis-  
sior, parumper adusserit. Istud enim fulmen ali-  
quanto tardius incitatur, ideo post se rem coloratā  
relinquit, non autem inflamat: citius enim transit  
tenuitate sua, quam ut inflammare possit. Esse au-  
tem hæc omnia spiritus, uel ex eo perspicuum euadit,  
quod in transitu ualde dura comminuant, aut  
liquefaciant: ea uero quæ cedunt, & rara sunt, ut li-  
gna, coria, uestes, &c. illæsa relinquant. His duabus  
ab Aristotele commemoratis fulminis speciebus, ad-  
dere possumus tertiam eorum quæ irunt & inflâ-  
mant, propter terrenā uiscosamq; materiam. quan-  
quam hæc nihil aliud sit quam id quod supra appellauimus prestra: cuius generis existit etiam lapis  
ille durissimus, omnia deuastans, quem telum ful-  
mineum nuncupant. Porro spiritus semper an-  
tecedit ictum fulminis, non tamen cernitur, quia

duas species ful-  
ηγντα Ph.  
clarum

ηλοερτα  
Fuliginosum

Tertiu genere urum  
er inflammant

Telum seu caro  
fulminis

colore uacat. Hinc Virgilianus ille Anchises <sup>2.</sup>  
Aeneidos: Ex quo me diuum pater atque homi-  
num rex Fulminis affluit uentis, & contigit igni.  
Tres has fulminis species, Seruius in istum locum  
Vergilij, breuissimis istis uerbis complexus est, in-  
quiens: Tria sunt fulminum genera: est quod af-  
flat, quod incendit, quod scindit.

De quibus rebus deinceps hoc li-  
bro est dicendum?

De area seu corona, Halò Græci vocant, iride,  
duplici aut triplici sole seu parelijs, ac uirgis. hæc  
enim omnia genera causam habent eandem: omnia  
enim refractione radiorum fiunt. Differunt autem  
duo taxat modo refractionis, & quod non ab ei-  
dem corporibus refractio fiat.

Quid igitur est halo, seu <sup>area</sup> corona?

Est circulus in nubibus apparens, solem, lunam,  
aut aliam quandam ex claris et illustroribus stel-  
lis circumdans, ex refractione radiorum lumino-  
si corporis ad illam causatus. Tale quid, ut Sene-  
ca inquit, in balneis circa lucernam aspici solet, ob  
aeris densi obscuritatem.

In cuiusmodi nube circulus  
iste appetet?

Quando uapores æquabiliter et moderate spis-  
fescunt, nubesque efficiunt complanatam: tum  
enim nubes mota, et illustrata radijs sideris cui  
subest,

subest, aream quandam in medio relinquit: quēad-  
modum etiam uidemus ex lapillis in stagnum con-  
iectis circulos procreari, & fieri primum quidem  
angustissimum orbem, deinde laxiores, ac deinde  
maiores, donec euanescat impetus, & in planiciem  
immotarum aquarum soluatur. Est autē area hæc  
in medio luminosior: extremus uero ambitus ni-  
gricare uidetur, eo quod media pars rectioribus ra-  
dijs, & ob id magis & fortius illustretur. Ob has  
autem quas commemorauimus causas, fieri areas,  
ex eo liquet, quod non appareant nisi cum aer est  
densus & immotus, & ob hoc custodiens inciden-  
tem in se lineam rotundi luminis, ut inquit Seneca.

*Area in meo  
luminosior  
cur*

Quare apparet integro circulo?

Quia directus radius, in planam superficiē in-  
 cidents, ad æquales angulos refringitur: quare cir-  
 culum causari necesse est. Quia enim globosa sunt  
 hæc corpora, circum circa & quabiliter lumen in-  
 subiecta nube resulget. Frequentius autem luna  
quam sol circundatur isto circulo, quoniam sub fo-  
le non facile possunt colligi & consistere tenues  
istæ nubecule, propter calorem ipsius dissipantem.

*Area frequentius  
sub Luna*

Quid portendunt?

Tempestatum mutationes, ut censet Aristote-  
les Nam si paulatim euanescant, serenitatem signi-  
ficant: si nigriores densioresque fiant, pluvium.  
Si ab aliqua parte frangantur, uentos ab eadem

*parte*

parte prænunciant. Quæ uero circa reliquas stellas apparent coronæ, non sunt admodum, ut Aristoteles inquit, omnes: quod concretiones omnino exiguae, et nondum ad gignendum uel pluvias uel uentos aptas significant. Ex his quæ dicta sunt, illud etiam intelligitur: non longè à terra tallem fieri effigiem: quamuis uisus noster solita imbecillitate deceptus, circa ipsum sidus existimet positam. In vicinia autem solis et stellarum nihil tale potest fieri, quia illic æther tenuis est.

Roræ guttulas sunt Quid est Iris, seu arcus cœlestis?

fusca immundatum Iris nihil aliud est, quam in rorulentâ nube, quæ Sub nimbo triditum collique scere minutissimis guttulis incipit, variæ mundatum erat colorum species, refractione radiorum solis, atque Hubris luminis umbræq; confusione quadam in guttis illis repræsentatae. Liqueat enim, à lœnibus et politis corporibus infringi illatos radios, in quorum numero aer quoq; et aqua est. Ut enim in aqua aut simulachra rerum obiectarū, aut colores duntaxat repræsentantur: ita quoq; in aere interdum imago rei repræsentatur. id quod Aristoteles exempla luciosi cuiusdam comprobat, qui ob debilitatē uisus, suā ante se faciem semper contéplabatur. Ita quoq; solem et stellas solito grandiores esse putamus subfusa caligine: quod propter infractos radios accidere iudicandū est. Magis autē id in aqua quam in aere contingit. Ceterū poetæ Iridem Thaumantis filiam.

Poeta in den Thaumantis filiam fecit  
et muniam lauoris

filiā finxerunt, à mirabili eius pulchritudine, colorumq; uarietate, ut Plato censet.

Vnde colorum ista uarietas existit?

Tres, authore Aristotele, in Iride colores apparet. Primus, seu exterior est puniceus, qui fit à reflexione fortissima in nubis parte densiore. nam radius solis in obscurum quiddam incidens, in eoq; coruscans, puniceum colorem repræsentat: quemadmodum etiā solem itemq; flammā rubere uidemus, ob tenebricosos circumfusos fumos. Secundus seu <sup>Viridis</sup> <sub>Primum</sub>, medius color uiridis est, quod infractio sit debilior, & remotior à copiosa infusione luminis. Postremus <sup>Cæruleus</sup> <sub>Ater</sub> interior est cæruleus, quem alioquin vocat <sup>gros</sup> hoc loco Aristoteles: quia ibi infractio est debilissima, adeò ut uisus lumen infractum uix percipiat, proinde iam ad nigredinem uergit. Quartum in Iride colorem interdum apparere dicit Aristoteles <sup>Interdum quartus</sup> <sub>cælum ceterum</sub> ævolv, quem flauum uertunt. eum dicit esse mediū <sup>ævolvum</sup> <sub>flavum</sub> inter puniceum & uiridem: nec gigni ex refractio- ne radiorum ut reliquos, sed ex collatione punicei & prasini seu uiridis. Cæterum Theologi quidam <sup>Theologii</sup> <sub>duos</sub> tantū reuera colores Iridis esse dicunt, igneum seu punicē exteriōrē, qui significet aliquādo mundum igni peritū: interiorem cæruleū seu aqueū, qui pingat iram præteritam, qua Deus aqua mundum perdidit, quæ tamen ire finem habuit: illa altera non habebit finem. neq; enim restituetur uita corpora-

222 PHILoS. NATVRALIS  
corporalis, sed mali eternum ferent supplicium.  
Quid portendit? *h[ab]es*

Scimus ex Moyse, positū arcum illum à Deo in signum fœderis inter Deū & homines. Hoc autem non ex sua natura significat, sed ex uoluntate Dei: qui, ut esset signum fœderis, uoluit, ac constituit. *¶* Cæterū de naturalibus significationibus ita inquit Seneca: Non easdem, undecunq[ue] apparuerit, minas adfert. A meridie ortus, magnam aquarum uim uehet. Vinci enim non potuerunt uehementissimo sole, tantum illis est uirium. Si circa occasum resulfit, rorabit, & leuiter impluet: si ab ortu, circa ueruexerit, serena promittit.

Quæ est figura Iridis?

Semper, quo magis aduerso sole constiterit, eo propius ad semicirculi accedit figuram, quam etiā potest representare integrum: nunquam autem semicirculo maior apparet, sepiissime minor. Ergo amplissima est Iridis figura, cum sol in ortu uel occasu cōstiterit: minima, cum in m medio cœli. Negat etiam quolibet anni tempore, quavis hora diei, conspici potest. Demonstrationes harum rerum sunt in Aristotele, quas propter obscuritatem Compendio inserere noluimus. *Ceterum Solis, Rijas, h[ab]es nobis, i[m]p[ro]posita, in libro secunda*

Quid est Parelius?

Est imago solis à latere eius existens in nube dēsa, plana, cōsistente seu quiescente, & aquosa, per refracta

refractionem radiorum solis expressa. Densam car ~~densa~~  
dico nubem debere esse, si parelius appareat: nam  
rara imaginem solis transmittit. Planam et lim- Cura plana et  
pidam: quia inaequabiles et sordide non recipiunt, /mprotra  
sicut etiam apud nos imaginem aspera aut macu- Confusione  
losa non reddunt. Consistentem seu quiescentem: quia mobiles spargunt illam, quemadmodum etiam  
uidemus in aqua commota imagines rerum confus- Luna adulterii  
di: ac si uelementius turbetur, nihil prorsus in ea Luna adulterii  
cerni. Ob eandem causam et lunae adulteriae no- Luna adulterii  
ctu interdum apparent, quas παράστασις uocat, Luna adulterii  
Plinius soles nocturnos appellari scribit. Nam que- Soles nocturni  
admodum (ut à priore exēplo nō recedamus) in fon-  
tes placidos et aqua tenui stagnantes, incidentes ra-  
dij solis aut lunæ reflexi, eius imaginem nobis re-  
presentant: ita ijdem in nubem ad eum modum que  
diximus dispositam incidentes atq; reflexi, unius,  
duorum, aut plurium solium lunarum ue imagines  
tanquam in speculo exprimunt, et uisui nostro ob-  
iiciunt. Quid enim prohibet, quo minus tot appa-  
reant soles aut lunæ, quot fuerint nubes, aptæ ad  
exhibendum imaginem solis aut lunæ?

Quid significant?

Pluuiarū quoq; hi soles indicia sunt, præsertim si  
in parte Austri cōstiterint. inde enim maxime nubes  
ingrauescūt. Quid sunt uirgæ?

Quas Aristoteles hoc loco pābelis seu uirgas,

qt̄ dñs sunt hec dñs Vagndy - pābelis uirgas alij  
coru q̄ in luna frui solent dñs Boec fuit  
speru p̄se fūsiliis alia plottatica. Et habebat enī offici  
fūsiliis oīa. plottatica euctor q̄ q̄ fūsiliis fuit aut  
quæstoriis ad uigiliam pliūt exhortabat  
Annon oīa ē compacta fortis cūm p̄spicuum eratq; uī posset

*Imperfeci cori unga*  
 alij funes tentorij, alij columnellas, à similitudine  
 earum rerum uocant, nihil aliud sunt quàm lineæ  
 quedam recte apparentes, à sole in nubes proten-  
 se, colores iridis, quanquam obscurius, referentes  
 per refractionem rādiorum in nube inæquabili, in  
 qua nō figura, sed colores solis cerni possint, ort.e.  
 Sunt et hæ quoq; pluuiarum signa. Seneca dicit  
 esse imperfectos arcus, quòd facies quidem illis sit  
 picta, sed nihil curuati habeant. Fiantq; iuxta solē  
 in nube humida, et iam spargente: quemadmodum  
 iris fit in nube ex aduerso solis consistente.

## COMPENDIUM IN LIBRVM

Quartum Meteororum.

Quid libro quarto Meteororum tra-  
 etat Aristoteles?

Alexander Aphrodisiensis būc librum Ari-  
 stotelis esse fatetur: Meteorologicum au-  
 tem negat, sed potius duobus De ortu et interitu  
inscriptis hunc tertium adiungendum: propterea  
 quòd in illis de quatuor tactilibus notis ex primis  
qualitatibus differuerit, ostendens ex coniugatio-  
 ne earum quatuor oriri clementa: in hoc uero do-  
 ceat, quæ nam agant singulæ hæ qualitates, quæq;  
 patiantur. Quamuis autem pleriq; interpretes A-  
 lexandro in hoc assentiuntur, nobis tamen uidetur  
 hic liber Meteorologicis non inepte adiungi posse.

Cum enim tribus precedentibus docuerit, quæ nam

glossas huc loco habent ut que habent quatuor accidere  
 et uenient corporis mōris. Supponit now in lib. De Gen. or.  
 et Corrupt. hancenam de qualitatib; que tamen quatuor  
 habent sicut poli citi corporis mōris. Et loquuntur

accidere soleant in elementis actione et perpetio-  
ne quatuor primarum qualitatum: hoc quarto et  
extremo ostendit, quae nam sint perpetiones in re  
liquis rebus causa carundem. De qualitatib. igitur  
tam primis quam secundis hoc libro agit, non qui-  
dem omnibus et cuiuscunq; modi, sed de ijs quibus re-  
s habiles et aptae sunt, ut aliquo modo affician-  
tur, moueanturq; ut uerbi gratia, quarum causa qua-  
litatum res facile posse putrescere, assari, cōcoqui,  
liquefcere, spissescere.

*Cum dicitur hoc lib.*  
*Quando?*

### Quomodo igitur diuiduntur qua-

*litates primæ?*

In agentes et patientes. Agentes sunt, *caliditas* et *frigiditas*: quod uim ad mouendum habeant. Pa-  
tientes sunt reliquæ duæ, *siccitas nimirum* et *humidi-  
tas*: quod earum causa perpetuus motus illos, de qui  
bus deinceps dicemus, res solcant.

*quam ad ipsas qualita-  
tes que pertinet ut  
sunt frigida et  
calida sunt causas gen-  
erant per sensum et  
per formam. Con-  
tra usus materialis*

### Quibus argumentis hæc demonstra- ri possunt?

Duobus: *inductione* et *definitione*. Inductione  
quidem: quia uidemus in reb. uniuersis calorē et fri-  
gus terminare et finire, coagmētare et trāsmutare,  
quæ eiusdem, quæq; diuersi generis sunt, durare, sic-  
care, emollire, &c. quæ autē humida sunt, et siccata,  
finiri, coagmētari, transmutari, densari, siccari, mol-  
liri. neq; enim in humiditate aut siccitate uis inest,  
ut calorē aut frigus mouendo immutent: sed contraria.

*Calidum ea fieri comparetur p calor  
unc calidum et magis habens p calor  
certum actionem nec calidum agit ad formam, et angulos  
et defringos. Frigidum non habens ad malorum, et soli  
et frigidos non habens et terminari actionem, et non frigidos  
Et frigidus et frigida agit quod particulariter malorum  
Calidus ad uirum actionem. Dioplos frigus tamē p  
frigida et puer et Hymen qd frigida et stolidus*

calor humentia siccare, & sicca humectare pro natura materie potest: item frigus humida densare, et Liquida nonnulla astringere potest. Ex definitione idipsum ostenditur, in hunc modum. Nam siccum & humidum eo solum intelligimus, quod termina si facile, uel non terminari possint. Efficiendi autem facultate quadam calidū frigidumq; describimus, quod congregandi segregandiq; ui sint praedita, & quod humidum ex siccum definiunt.

Quæ igitur ab huiusmodi efficientibus qualitatibus perpessiones solent emanare?

Primū & in uniuersum simplex generatio, naturalis mutatio, & ei opposita corruptio, ab his qualitatibus efficitur: materia autem ratione humiditatis siccitatisq; obnoxia est, & capax calidi frigidiq; actionum.

Quid igitur est generatio simplex?

Est mutatio à dictis qualitatibus agentibus, quando proportionem habuerint in subiecta materia, pro cuiusq; rei natura: nihil enim specie in specie permutatur, sine quatuor qualitatib. primis. Quando igitur calidum & frigidū ui sua præstinent, & materia obedierit, generatur res: quando autem res imbecillior fuerit, species imperfectiorū multæ oriuntur, de quibus mox dicemus: maximè

*Simpli Gene autē simplici generationi cōtraria est putrefactio.  
rebus maxime  
convenienti puto factus*

*In Corruzione misli ita enim  
est quoniam in superficie*

*In Corructio: Sicut isti in Corruzione  
putrefactus sit Harpies qui sit per agmina  
neutralia. I. per quadratas primas, quae natura  
in iugulis conponit. Et igitur putrefactus sit  
natura in partibus primis, sive formam sive naturam  
in iugulis.*

~~Ex calore et non corporis. Ex ea corruptio exponit 1/2 corporis  
caloris naturalis. Ad eum omnes caloris ex injiciatis calor  
temporamenti. Hoc est corruptio caloris tempore anni. Cor  
ruptio in frigore. Calor naturalis in quiete non.~~

## EPITOME.

227

ita enim naturali instituto quodam corrupti et in  
terire omnia solent.

Quid est putrefactio? *Calor ex frigore effigitus*

*Est corruptio innati caloris, per externum et sunt causa cor-*  
*aduenticum in humido proueniens. Hinc uidemus*  
*humida siccis putrefactioni magis esse obnoxia, et*  
*hyberno tempore quam aestiuo res quascunq; mi-*  
*nus putrescere. Est enim in putrescentibus refrige- cc*  
*ratio proprij caloris, et alieni exuperantia. quod de aliis 5 signis ybae*  
*Actibus 6 ijs causulis qz poter*  
*Quae uero ab hisce qualitatibus in rebus*  
*iam generatis, adeoq; natura subsistit.*

*Quare stentibus efficiuntur?*

*A calore efficitur ~~et~~ hoc est concoctio: ad*  
*nam hunc tempore concordem*  
*quam, uelut species ad suum genus, referuntur ~~et~~ temporis malis*  
*temporis, et bonis, non obtemporis. Frigoris autem est ~~et~~ eiusdem etiam*  
*vis, quam liceat sane uerbum uerbo exprimitibus ~~et~~ tempore opposito*  
*incoctionem dicere: ad quam referuntur, ~~omnes, uero~~ *et* *frigori**  
*temporis, non et temporis.*

Quid est *concoctio*?

*Est perfectio, qua naturale et domesticum ca-*  
*lidum absoluit imperfecta corpora, quae calido hu-*  
*midoq; constant. Adiuuatur *huc* aliquando ab ex-*  
*terno calore. Ceterum concoctionis finis est aut na-*  
*tura, *hoc* est forma et substantia: aut alia que pri-*  
*subiecta forma, quando scilicet non species pristina *generalis**  
*aboleatur, sed causa qualitatis aut quantitatis cōcōqui*  
*dicitur quidpiam, non mutata natura, sed accidente:*

*Hoc est in concoctione exilius locorum corporis*  
*et subsistit in diffusione locorum quod habet aliud in formis*  
*subiectis. *sed* *solidum in naturam et certe in solidum* *quod* *quod*  
*meius vel quarti. *Habent* *non* *principis* *in* *solidum* *alii* *formis**  
*et *generalis* *loci* *solidi* *non* *non* *aliqua* *est* *alter* *naturalis**  
**Concreta* *non* *non* *sunt* *solidi*, *est* *non* *non*, *sed* *alius* *que* *metu* *de*  
*loci naturalis. *Generalis* *et* *universalis* *est* *solidus* *per*  
*in locum *hunc* *Generalis* *in* *loci* *certis* *formis* *In* *non* *solam**  
*in* *loci* *solidum* *aggregato* *solidum* *formes* *pro****

ut cum cruda caro cocta efficitur. Necesse autem est, ut ea que concocta sunt, crassiora calidioraque; efficiantur. utpote humido nonnihil absympto, calidoque; exuperante.

Quid est incoctio, seu αὐτεύθια?

~~Est imperfectio ob defectum & imbecillitatem calidinatiui & insiti proueniens.~~

Quid est πέπανος, seu maturatio?

~~Est concoctio talis perfecta in fructu, ut ex eo si mile quiddam germinare possit, & fruticare. Ceterum transfertur uox etiam ad alia quædam, propter uocabulorum inopiam: ut ad pus, φύματα, φλεγμονæs, humores, & alia quædam. quorū nonnulla etiam frigore mitiora & maturiora redduntur. Fuit autem matura omnia ex aërijs humida, ex humidis terrena, ex tenuibus crassiora.~~

Quid est cruditas, seu ωμότης?

~~Est imperfectio quædam ob defectum innati caloris proueniens, cum nutrimentum in fructu, quod humidum & tenuē est, non excoctum fuerit insito calore. Aeris igitur sunt, aut aquosa, omnia cruda. Transfertur autem et hæc uox ad alia quædam. unde urinas, destillationes, & alia excrementa cruda dicuntur, quando à calore uicta non fuerint.~~

Quid est elixatio?

~~Est ab humido calido externo facta concoctio humidi indefiniti & crudi. Illud uero aut est aeris propriæ multitudine quo sit a "um, aut salinæ, or propriæ aequali ratione quo sit a calore conuicta cum siccio~~

um, aut aqueum. Cæterum si elixa cum assis aut fricis conseratur, cōtrario modo se habere uidentur. Nam in elixis internū humidū dissipatur ex minui cōsumi diſperatur ab externo humido feruente: in assis autē ex fri xis humor interius abundat, atq; interius magis colligitur contrahiturq;. Hinc fit, ut elixa assis Elixari assis, secundum sint sicciora: hoc est, proprio et nativo humore magis destituta. Elixari autē, ex lac mustum, et id genus alia dicimus, quando speciem saporis aliam in humore à circūdante igne suscipiunt. Quæcumq; ergo uel spissiora redduntur ab igni, uel minora quidē, maiore tamē pōdere: uel cuius pars una tenuis, altera crassior redditur (ut quando lac secernitur in butyrū, caseū et serū) omnia dicuntur elixabilia. Quid est non plena elixatio, seu μόλυβος,

Est huic contraria: quando nimirum crudus succus nō planè deponitur, defectu et inopia istius calorū qui in humido externo cōsistit. Hinc etiam fit, ut turgidiora sint, magisq; dura perfectè elixis.

Quid est assatio, ὄωτησις?

Est, quando externus ignis, id est calidum et secundum per dilatationem cum, concoquit humidum internum. & per moleratorem qd̄ si ex calore resalvatur. Quid est imperfecta assatio, seu γέτονος?

Est, quando internum humidum ab igni externo non planè concoctum fuerit, caloris inopia. Videlur Latinè dici posse semiustilatio. Ita Cicero dicit, Clodij corpus infœlicissimis lignis semiustulatum.

*Elevatus et  
Asperatus frum  
arti*

stulatum. Hæ igitur sunt, ut in uniuersum dixerim, species coctionis. Fiunt autem assatio & elixatio arte: sed & in natura similes quedam affectiones existunt, quibus tamen nomina non sunt posita. Nam ea actio qua in uentriculo cibis coquitur, elixationi similis est: & ei opposita cruditas, uolūv-  
orū. Fit enim à calore qui est in corpore, in humido & calido.

Quæ sunt perpessiones in corporibus mixtis causa patientium qualitatum? *Cap. 4*

Primæ sunt durities & mollities.

Quid est durum?

Quod secundum <sup>significatio</sup> planiciem compressum in se non cedit. *Si latus non numeratur*

Quid est molle?

Molle est, quod pressum facile cedit, integrum a manente superficie. aqua enim & aquæ omnia, non sunt mollia, quamvis cedant: extrema enim planicies integræ non manet, sed rem prementem amplectitur. Cæterum mollia, & dura simpliciter iudicanda sunt, quæ tactui talia sunt. Quoniam uero omnia quæ dura & mollia sunt, spisa concretaq; sunt: de concretione deinceps erit differendum. Et quia concrescere est quodammodo resicari, de hoc ipso quid sit, prius dicendum erit.

Tu inq. la sine lampadata ne hunc te refici  
Cura ultimum allij & par glutinosa reficit. Que  
num hunc. tum absq; siccus palmo sufflante & fricante  
sunt hunc & nō sunt carnosus sed in rara palmonis

*Cap. 5* Quæ ergo dicuntur resiccati?

Resiccati dicuntur, quæcunque sunt aqua, uel species aquæ: ut sunt, urina, uimum, serum lactis, denique omnia in quibus nihil aut parum admodum est sedimenti, non propter tenacitatem, et quæcunque habent aquam siue aduenticiam, siue insitam.

Quomodo fit resiccatio?

Exiccantur omnia uel cum calescant, uel cum refrigerantur: quorum utrumque calore efficitur, eoque uel insito, uel externo: qui una cum humore euaporat, a frigore circumstante expressus.

*Cap. 6* Quæ dicuntur humectari?

Humectari uno modo dicitur, cum uapor in aquam concrescit: altero modo, cum id quod concretum est liquefacit, et fit quodammodo aqueum.

Quæ concrescent?

Quæcunque sunt aqua, aut mixta ex aqua et terra.

Quibus causis fit concretio?

Concrescunt omnia aut frigore, ut aqua: aut calore sicco, ut alumen, sal, nitrum. contrarijs causis liquefunt, si quæ talia sunt ut iterum liquefcere possint. Neque enim omnia concreta liquefunt: ut lapides, lateres, &c. Porro idem non est concrescere, quod densari. Densatio enim fit, quando abeunte humido, id quod siccum est coit. Cæterum quæcunque concreuerunt, aut solui iterum in liquo-

*Hanc est concreta  
liquefunt*

rem possunt: ut nitrum, sal. aut non possunt: ut la-  
pides, lateres, &c. Quæ solui non possunt, aut emol-  
liri possunt, ut cornu: aut non molliuntur, ut lapis,  
later. Causæ harum rerum omnium ex qualitatibus  
tum agentibus, tum patientibus sumuntur: ut est ui-  
dere apud Aristotelcm. Ligna cum aeria & terrea  
natura sint, nec concrescunt, nec molliuntur, sed  
comburuntur.

Sunt ne aliæ affectiones in corporibus si-  
milium partium, ab his qualitatibus  
prouenientes?

Sunt. Nam ut hic nihil dicamus de ijs qualitatibus, quibus agere præsertim dicuntur, dum nimirum sensus afficiunt: ut sunt, album, nigrum, bene  
aut male olens, sonorum, dulce, amarum, &c. de  
quibus alio loco dicendum erit: sunt adhuc multæ  
affectionum differentiæ, quibus ad patiendum ali-  
quid sunt habilia, & quæ passione tantum defini-  
untur, quemadmodum etiam siccum & humidum:  
quales affectiones sunt hæ, quibus corpora dicun-  
tur concrescere aut liquari posse, aut non, de qui-  
bus paulo antè dictum est: item molliri, humore  
perfundi, flecti, rumpi, frangi, contundi, formari  
seu fingi, comprimi, trahi, produci, findi, conden-  
sari, comburi, exhalarare aliquid posse, aut non pos-  
se, lentum & tenax esse, aut contraria, quarum om-  
nium definitiones ex Aristotele petantur. Hisce fa-  
cultati-

8 profecit  
affectiones que  
inveniuntur ex  
qualitatibus  
passim Jun 18

cultatibus tum agendi tum patiendi similaria differunt corpora, ex quibus deinde partes dissimilares componuntur. Ex similaribus autem corporibus quedam terrea, quedam aquæ, quedam terræ & aquæ communia sunt, quedam terræ et aeris, quedam etiam aquæ et aeris : quorum omnium uotas reperies apud Aristotelem. Ceterum quemadmodum similares partes ex elementis componuntur, ita ex similaribus rursum dissimilium partium corpora oriuntur: ut caput, manus, pes, &c. è quibus tandem uelut ex materia, perfectum naturæ opus exurgit: ut animal, arbor, planta. In omnibus uero hæc est differentia, quod cum omnes à fine & actione cognoscantur particule, & facilius possint cognosci, que ad finem proprius accedant, et à materia longius absunt, et proinde sint actuosiores. Contrà quæ materiæ sunt uiciniores, & quarum minus sunt perspicuae actiones, illæ & grius cognoscuntur. ut facilius intelligo, manum mortuam & uiuacem uocari manum, quam carnem mortuam: quoniam hæc à materia, quæ prorsus ignaua & ociosa, ne cognoscendam quidem se exhibet, prius abest. De his hactenus satis sit dictum.

**C O M P E N D I V M**  
**T R I V M   L I B R O R V M   A R I-**  
*stotelis de Anima.*

**P r æ f a t i o , b r e u i t e r c o m p l e c t e n s c a p i t a**  
**d i s p u t a t i o n u m p r i m i .**  
**l i b r i .**



Eliquum est, ut de ijs quoque differamus corporibus, quæ non modò naturalia, sed etiam animata dicuntur, ab anima, præstantiore nimis rū causa quam sit natura. Hæc quoniā causa animæ, à qua informantur, multas & uarias, & in primis conspi cuas edunt actiones, uidetur ratio instituti ordinis postulare, ut de anima quoq; ipsa, quatenus corpus fouet & gubernat, aliquid dicamus. ac primum quid ipsa sit, definitione explicemus: tum etiā quas uires seu facultates habeat, atque in corpore quod ab ipsa regitur exerceat, declaremus. Est autē hæc cognitio non modò propter subiecti præstantiam, cæteris Philosophiæ naturalis partibus longè nobilior (quippe in hac tota rerum natura, anima nihil est sublimius, nihil admiratione magis dignum) sed etiam propter tractationis subtilitatem & perfectionem nulli secunda. Hic enim ipsius etiam mentis humana fons et origo suenharum & in demonstratu principium priuileiorum stra-

*mens humana fons  
& origo suenharum  
& in demonstratu  
principium priuileiorum*

strationibus principium principiorum. Proinde ut hæc tractatio ad superiores plurimū confert: ita ab ea ad primam philosophiam proximus ascensus est, ut quasi medio quodam loco inter primam et secundā philosophiam, cognitio et scientia animæ mentisq; humanæ collocata uideatur. Est uero in primis ardua et difficilis eius cognitio: quod quo pacto animæ definitio inuestiganda sit, cognitus fit difficultimum. Quamuis autem, ut aliarum rerum obscurarum ex latentium, ita animæ quoq; cognitio ab accidentibus, et eiusdem operationibus uideatur inchoanda, (nam his tanquam uestigijs quibusdam ad substantiam ipsam cognoscendam deducimur:) tamen hanc ipsam uiam ingressi prisci philosophi, in multa errorum deuia sunt delapsi. Nam tria sunt in primis cōspicua, et omnibus nota, ex quibus ueteres substantiam et naturam animæ inuestigari posse confisi sunt. Primum, quod ab ipsa corpus animatum moueretur: secundum, quod per ipsum sentiret: tertium, quod totum animatum corpus subiret, uniuersumq; corpus ipsum informando permearet. Ergo ad motum quidam responscos, cum mouere nihil existimaret nisi id ipsum prius moueretur, animā dicebant esse id quod scipsum moueret. Alij sensum cognitionemq; perpendentes, cum simile non nisi à simili cognosci putarent, animam ex ijsdem quibus reliqua cōflatā principijs et elemen.

*Scientia de hum  
anima  
difficilis*

PHILOS. NATURALIS  
 elementis persuasum habebant. Denique qui considerabant animam totum corpus permeare, dicebant illam corpus aliquod esse tenuissimum, & omnis prope omnium crassitudinis expers. alias enim totum subire ex penetrare corpus non posset. Atque ad tot capita reduci possunt omnes ferè quæ de anima feruntur priscorum philosophorum sententiae: quæ tamen omnes falsitatis coargui facile posseunt. Neque enim fieri potest, ut anima aliquid sit, quod per se moueatur: alias enim in loco quoque per se erit. quod quam sit absurdum, quis non uidet? Neque corpus aliquod, siue illud tenue, siue crassum fingatur, dici potest: nisi duo corpora eodem loco arceri, concedendum putemus. Demum, quod anima sentit & intelligit, cogere non debet ut statuamus, illius eadem esse principia quæ sunt earum rerum quas sensu intelligentiâque percipit & cognoscit. ista enim ratione principia tantum & elementa rerum, non autem ipsas substantias cognosceret: quippe quarum similitudo in anima nulla existat. Cum igitur tot & tanti uiri in inquienda definitione animæ lapsi sint, alia nobis erit insistendum uia, quam iam nunc ingredi tempus est.

*Refutatio  
priscorum  
de animali non  
in loco sentienti  
sum*

C O M P E N D I V M I N L I-  
brum Secundum Aristotelis  
de Anima.

Quæ igitur ista uia est?

**E**A, qua etiam superius saepe usi sumus: ut nimirum diuisionibus quibusdam animam à reliquis, cum quibus cognitionem quandam habere uideatur, rebus distinguentes, quid tandem ipsa sit nobis appareat, liquidumq; fiat.

Quæ igitur istæ diuisiones sunt?

Omnium eorum quæ esse dicuntur, partim est substantia, partim substantiae accidens, & adhaerēs quid. Cum uero facile intelligatur animam, quæ est causa nobiliſima in accidentiū ordine, non querēdam: eo misso, & ſic ſeu substantiam intueamur.

Quæ ergo est secunda diuifio?

Substantiae aliud est materia, que per ſe non dicitur hoc aliquid: aliud est forma ex species, per quam materia hoc aliquid efficitur. hæc perfectio ſeu virtus ex ea dicitur: illa potentia uocatur. ex utriſq; coeuntibus quod constituitur, tertia ſubſtantia ex naturaliſti & res naturalis dicitur.

Quæ est tertia diuifio?

Cum corpora naturalia dicantur ſubſtantiae, illorum quædam uitam habent, quædam non habēt.

Vitam in ijs effe dicimus, que ipsa in ſeipſis ſuę <sup>in</sup> lungs uita tricationis. item incrementi & decrementi initium habent.

*Anima ex corporis esse non potest*  
habent. Ergo particeps uita corpus est substantia, et  
quidē cōposita. Anima ergo aut erit corpus ipsum,  
aut species informans corpus illud. Cum uero cor-  
pus esse nequeat, propterea quod corpus ex eorū  
numero non sit quae alicui insunt: reliquum est ut  
sit forma, species, seu cōtēlēx̄a corporis natura-  
lis, uitam habentis ratione suæ facultatis seu poten-  
tiae: hæc enim est altera pars substantiæ.

*tertia*  
*prima*

*secunda*

*animæ*

Vno'ne modo dicitur cōtēlēx̄a:

Nequaquam. Est enim quædam, quæ informans  
materiam, substantiam constituit: et prima dicitur.  
Altera hanc consequens, accidens eius est, et appell-  
atur secunda. Prior ut scientia, posterior ut cātem  
platio sese habet. Cum uero anima accidens nō sit,  
primus actus dicenda erit: quæ sit perfectio et sub-  
stantia corporis eius quod potentia uitam habet.

Cuiusmodi illud corpus est?

Organicū. Anima enim, nisi aptis suis functi-  
onib. accommodatis instrumētis, in corpore uita-  
les operationes nō exercet. Atq; hoc ipso ab inani-  
matis corporib. animata discrepāt, quod hæc apta  
uite instrumenta habeant, illa non habeant. Ex his  
omnib. colligitur iam, et perficitur animæ defini-  
tio: ut sit nimirum actus primus corporis Physici  
organici. A qua definitione nihil dispare uide-  
tur illa Ludouici Viuis, qui animam dicit esse agēs  
principium, habitans in corpore apto ad uitam.

Ego

Ego uero quæ res sit anima, monstrari  
mihi cupio. Sit ne corpus quoddam, an  
spiritus uitalis: an crasis corporis, an  
calidum innatum, an aliud  
quiddam.

Non uideris mihi ea quæ superius dicta sunt, sa-  
tis assequutus esse: alioqui enim nihil amplius requi-  
reres. Animam non esse corpus diximus, quia est  
in corpore. Nec spiritus est, nec calidum innatum:  
hæc enim potius sunt instrumenta, quibus ad fun-  
ctiones suas anima utitur. Neq; etiā crasim seu tem-  
peramentum corporis animam esse, ex eo facile po-  
tes intelligere: quia animam in substantiarum ordi-  
nem reposuimus, crasis autem accidens est. Nihil  
aliud ergo est anima, quam forma, perfectio, spe-  
cies, cùtēlēxīa, adeoq; substantia talis corporis,  
quale descripsimus, sine qua illud ipsum corpus sub-  
sistere nequit. Hanc non petas ita tibi monstrari, ut  
sensu, aut etiam phantasia qualis sit percipere pos-  
sis: quippe sola mente ex ratione apprehenditur.  
Mortuum uero corpus organicum seu potentia ui-  
tam habens non est. quamprimum enim corpus a-  
nima orbatur, ea quoque facultate qua possit uitæ  
particeps esse, destituitur. At genitale semen non  
habet eam facultatem, ut sit uitæ particeps:  
sed eam, ut possit fieri uitæ particeps,  
seu organicum.

Defi-

Definitio quidem hæc animæ explicat; quod anima tale quid sit: sed propter quid, non explicat: nec per eam constant causæ earum actionum, quas anima uarias in corpore edit: item affectionum, quas in corpore sustinet.

Verum id quidem est. Proinde superiori definitioni aliam adiungamus, et dicamus: Anima esse id quo uiuamus, sentiamus, moueamur, et intelligamus primum. Hæc definitio ex eo intelligitur, quod hæc opera à nulla alia natura perficiantur, quæ anima praedita non sit. nam eo solo quod uiuat animata, ab inanimatis distinguuntur. Ex utrisque hisce definitionibus illud etiam intelligitur, anima nec corpus esse, nec tamen sine corpore. Sed esse in corpore quamlibet animam, suo et proprio: nec uniusmodi animam in quodlibet corpus ingredi posse, ut quidam opinati sunt. Nam omnis forma seu actus, in corpus ingreditur aptum et idoneum.

Quot sunt facultates siue gradus, siue potentiarum animæ?

Quatuor, quas supra etiam numerauimus: uergetandi seu uiuendi, sentiendi, mouendi, et intelligendi. Cæterum istæ facultates ita sese habent, ut semper inferiores absque superioribus esse possint, superiorum autem nulla absque inferioribus subsistat. Infimus enim uitæ gradus est uigor ille nutritionis,

tionis, qui in plantis absque superioribus omnibus est. Summus est intelligendi, qui in corpore absque inferioribus omnibus viribus nunquam subsistit. Reliquæ ut medio loco sunt, ita absque superioribus existunt, non autem absque inferioribus. Ergo plures animæ in uno erunt colloca tæ corpore?

Nequaquam. Quemadmodum enim alijs rebus una tantum forma est substantialis, ita etiam in quo libet animato corpore est una tantum anima: reliqui autem inferiores gradus sunt uires unius animæ, quæ nec locis, nec materia separantur, sed ratione tantum differunt. Nec quemadmodum in corpore pars est extra partem, ut ubi manus sit, pes non sit: ita etiam in anima res comparata est, ut ubi uis sit nutriendis, ibi mouens aut sentiens non sit. Sed simul sunt omnes: ut uerbi gratia, in oculo uis est animæ alentis, sentientis, mouentis, & cernentis: nec potes dicere, in hac eius parte uim esse sentientem à nutritiente diuisam. Non ergo subiecto, sed tantum ratione differunt. Intelligens autem facultas cum partem corporis informet nullam, aliud est quoddam genus animæ, quæ sola ex omnibus formis separari potest: quemadmodum æternum à caduco, & immortalis species à mortali & caduco corpore. Sed de hac re alias. Nunc facultates animæ ordine enarrabimus.

q

Quæ

*Potest animæ  
non subiecta  
sed ratione  
differere*

Quæ est prima animæ facultas?

Vegetatrix, seu altrix. Eam Galenus facultatem uocat naturalem. cuius tria sunt munera in corpore animato: ut nimirum illud cibo nutriat, ut augeat et ad iustum magnitudinem prouehat, deniq; ut speciem gignendo simile conseruet. Cæterum cum huius facultatis præstantissimum opus sit per generationem perpetua specierum conseruatio, ritè ab illo officio Generatrix nuncupabitur.

Quid est nutritio?

Est conuersio nutrimenti, quod est potestate corpus animatum, in corpus actu animatum. Huic facultati quatuor tanquam ministræ subseruiunt: una, quæ cuilibet parti conuenientem succum attrahit: altera, quæ eundem, donec perfecta fiat concoctio, retinet: tertia, quæ alterat, mutat et parti quæ nutritur assimilat et adglutinat. Postrema est, quæ aliena, et naturæ membra quod alitur aduersa, uel ratione qualitatis, uel ratione quantitatis, uel utriusque expellit et reiicit.

Quòd est præcipuum animæ nutrientis instrumentum?

Calor innatus, qui cuilibet animato pro sua natura definitus, et quasi modificatus, concessus est. Est ne nutrimentum simile ei quod nutritur, an contrarium?

Si nutrimentum dicas id quod primò assumitur, est con-

est contrarium. Sin uero id quod ultimò apponit  
ur, est simile ei quod nutritur. Cæterum quo pa-  
cto & quibus instrumentis nutricatio perficiatur  
in corpore, non est huius loci explicare: sed ad An-  
atomem tota hec res pertinet.

Est ne idem quo nutritur & quo au-  
getur corpus?

Et re ipsa idem ratione autem discrepat. quatenus enim est quantum, ea ratione auget: quatenus uero est hoc aliquid et substantia, ea ratione nu-  
trit. conseruatur enim substantia, quandiu res nutri-  
tur. Nam quando plus quam amissum est apponit  
tur, non solum nutritur, sed etiam augetur animal.  
Cæterum ~~nutrix~~ facultas quandiu uiuit animal, a-  
dest: ut ~~nutrix~~ certo tantum durat tempore. certi  
enim sunt limites incrementi, omnibus animalibus  
præfiniti: quos ubi attigerint, iterum decremto rela-  
buntur, donec penitus intereant. De modo incremen-  
ti, dictum est in libris De ortu & interitu:

Quæ est facultas generatrix?

Que simile ei quod nutritur procreat, ad per-  
petuam specierum conseruationem. Et duæ subser-  
uiunt facultates: alteratrix, & formatrix. Reliquæ  
è Medicorum libris pectantur. Hoc unum adjic-  
mus, uulgò numerari quatuor digestiones seu con-  
coctiones in corporib. animaliū: quarum prima fiat  
in uetriculo, secunda in epate, tertia in uenis, quar-

4 convectiones

244 PHILOS. NATURALIS  
ta in habitu totius corporis. & adiunctum, uitia pri-  
oris concoctionis non corrigi per posteriorem.

Quid est facultas sentiens?

Est, qua anima cognoscit & percipit ea quae ex  
tra ipsam sunt, per externū corporis instrumētum.

Quot requiruntur ad sensiōnem?

Duo: Sensus, & obiectum quod sentitur, quod  
uocamus Sensile.

Quotuplicia sunt sensilia?

Duplicia. Quædam enim per se, quædam per  
accidens sensu percipiuntur.

Quid uocas sensile per se?

Quod primo & per se, non interueniente alio  
percipitur. Per accidens sensile uoco, quod median-  
te alio percipitur: ut si quem candida ueste induit  
conficiam, Socratis filium illum esse iudicem. Ne-  
cessè enim est his percipiendis interiorē aliquam  
accedere facultatem.

Sensile per se quot modis dicitur?

Duobus. Sunt enim quædam propria sensilia,  
quædam communia.

Quid est sensile proprium?

Quod uno tantum sensu percipitur, & suo pro-  
prio, & in cuius perceptione non contingit errare  
sentientem.

Quot sunt sensilia propria? tactiles.

Quinq;: Color, sonus, odor, sapor, qualitates

Quid

**Quid est sensile commune?**

**Quod nō uno tātū est, sed pluribus, aut omnib. sensibus percipitur, ex circa quod sentientem cōtingit**

**Quot sunt sensilia cōmunia? (errare.**

**Itidem quinque: Motus, status, numerus, figura, magnitudo. Sed nunc ordine & sigillatim de omnibus dicamus sensibus.**

**Quot sunt sensus externi?**

**Quinq: Visus, auditus, olfactus, gustus, et tactus. Cicero appellat aspectum, odoratum, gustatum.**

**Quid est sensus uisus?**

**Est is, qui tum colores percipit, tum lucem, tum etiam alia quædam: quæ uno nomine appellari non possunt, ratione autem explicari. Etenim sunt quædam quæ non nisi in lumine conspicuntur, ut est proprius cuiusque rei color: alia & in luce & in te nebris cernuntur, ut ignis & ignita omnia; alia fulgore quodam emicantia cernuntur noctu tantum, cum interim proprius illorum color occultetur: ut sunt fungi, piscium capita, squamæ, quorundam animalium oculi, & alia quædam. Causam alio loco explicabimus.**

**Quid est color?**

**Est, qui mouet actu perspicuum, seu extremum perspicui, quatenus perspicuum.**

**Quid est perspicuum?**

**Perspicuum, quod Græcè οὐαφανές uocant, di-**

citur, quod non suo, sed alieno colore est conspicuum: cuiusmodi sunt corpora multa, ut aer, aqua: etiam solida nonnulla, ut uirum, glacies: denique etiam cœleste corpus. quæ omnia propter unam quandam communem naturam perspicua dicuntur, quia nimis presentia luminis illustrari cerni possunt.

### Quid est lumen?

Est actus perspicui, quatenus perspicuum est. Opponuntur tenebre non ut contrarium contrario, sed ut priuatio habitui. Non ergo est corpus, aut defluxus aliquis corporeus, ut Empedocli uisum est: sed qualitas quædam, seu habitus luminosi corporis, ipsum medium sua præsentia illustrans.

### Quid est sensus auditus?

Qui sonos per aerem uel aquam percipit Quædam modum enim communis quædam natura est per quam colores percipiuntur, ita etiam soni per medium quoddam externum ad aurium sensum perueniunt, quod luxes nobis appellare liceat.

### Quid est sonus?

Est qualitas ad auditum perueniens, eumq; de potentia in actum traducens, in aere ex collisione duorum corporum soliditate quadam præditorum excitata. Quemadmodum autem lapillus in aquam coniectus, circulos quosdam excitat, qui subinde maiores, sed obscuriores efficiuntur, donec omnino eu-

no euanscant: ita aer ex collisione duorum corporum impellitur, donec ad organum auditus perueniat.

### Quid est uox?

Est sonus prolatus ab ore animalis, certum ali-  
quid significans, formatusq; naturæ aptis ad id in-  
strumentis. Cæterum ut humor crystallinus præci-  
puum est uis instrumentum: ita est quidam in au-  
ribus ingeneratus et insitus aer, suis inclusus mem-  
branis, quo soni percipiuntur.

### Quomodo fit echo?

Echo est ingeminatio quædam primi soni. Nam  
cum sonus in aerem diffunditur, et in aliquo solido  
impingit, tanquam pila resilit, ac in contrarium fer-  
tur partem, atq; interdum sepius ultrò citroq; con-  
meat: ut in pulsu caui aeris fieri uidemus. Semper  
quidem ista repercussio fit, sed non semper auditur.

### Differentiæ sonorum quæ sunt?

Differentiæ numerantur, grauis et acutus, per  
translationem sic dictæ, à tactilibus qualitatibus.

### Quid est odotatus?

Est, quo odores per aquam uel aerem percipi-  
untur. Nam quæ in aquis degunt, eo sensu non desti-  
tui uel ex eo liquet, quod ad cibum è longinquo fe-  
rantur. Est ergo et hic communis quædam na-  
tura medij externi, quam sane dicitur  
appellare nobis liceat.

Sed quid sit, quod homo & alia interris de gentia animalia sanguine praedita, in aquis odores non percipient?

*Quia illa nisi adducto spiritu non olfactiunt. Etenim hisce instrumentum olfactus non apertum, sed naribus tectum est: ipsiq; meatus per quos fit olfactus, dum spiritus attrahitur, aperiuntur. Non diffisi mile in usu accidit, quem quedam nullo tegumento munitu habent: ut sunt quae Græcis ονλυρέφθαδια appellantur. alia palpebris clausum ex munitu habent, quas si non aperiant, cernere nihil possunt.*

Quod est ergo instrumentum  
odoratus?

De hoc uarie sunt philosophorum ex medicorum opiniones, ex ignorantia anatomæ ortæ, alijs anteriores cerebri uentriculos, alijs processus cerebri quos uocant mamillares, alijs aliud id esse censentibus. Doctiss. Vesalius indicauit, ubi uentriculi cerebri anteriores in posteriore sui parte in angustum desinunt, prodire utrinque mollem, albican tem, neruis que non absimilem, molliorem tamen ex latiorem quam profundorem processum, utrumque in suum sinum: qui tamen quod neque extra caluariam, neque duram cerebri membranam egrediantur, inter neruos non connumerentur. hos dicit olfactus esse organa, aut certè animalem spiritum præcipuo olfactus instrumento deferre. In ijs uero

*Ijs uerò animalibus quæ non respirant, necesse est aliud esse organum, atq; in propatulo collocatum.*

Quid est odor?

*Est siccis sapidi in humido affectio quædam.*

Quot sunt differentiæ odorum?

*Quia homo hunc sensum omnium hebetissimū sortitus est, nullumq; odorem percipit nisi gratus aut ingratus sit, differentijs odorum propria nomina non sunt posita: sed illos saporum nominibus appellamus, quod illis proportione quadam respondeant. Extrema uocamus στρωδες ή δυστρωδες. Plinius etiam grauem et acutum numerat.*

De gustu etiam audire aliquid cupio,

*Rectè sanè: de hoc enim ut iam differamus, ordo ipse postulat. Est uerò gustus is sensus, quo sapores, Græci χυμος uocant, percipimus. Is à reliquis tribus suprà commemoratis in eo differt, quod nō fit, ut illi, per medium externum. Cuius rei causa hæc est, quod gustus est tactus quidam. Nam humidum in quo tanquam in materia sapor inest, absque tactu non percipitur. Tactu uerò, sine medio externo, res tactiles apprehendimus: quod uel nomine ipso declaratur. Ex quo consequens est, ut gustu quoq; sine medio externo sapores sentiamus.*

## Quid est sapor?

Est affectio seu qualitas quædā sicci in humido generata. Nam absq; humore sensum saporis nihil abferre potest. Proinde quicquid est sapidum, aut actu aut potentia humorē aliquē obtinet. Ista uero potentia in actu perducitur, dum sicca linguae offenduntur, & à saliuā linguae, quæ ipsi connata est, afficiuntur, atq; nonnihil liquefunt. Hinc fit, ut lingua omnino arida sapore nullos percipiat. Quin etiam ipsam omni sapore destitutam esse oportet, nulloq; proprio imbutam, si exquisite sapore dignoscere debeat: ut oculū colorc, reliquosq; sensus eodem modo. Hinc fit, ut febricantibus, & quorum lingua amara bile suffusa est, amara omnia esse uidetur: propterea quod amarus succus omnes lingue meatus occupat. quo fit, ut etiam si quis dulcis illi occurrat, statim amaro illo, qui linguam ante perusit, inficiatur, & quasi adulteratur.

## Quod est organon gustus?

Lingua potissimum gustus instrumentū esse, nemo nescit. Lingue enim ut sapore cōmodè discernere posset, à tertio pari nervorum cerebri (ut dissectione periti tradūt) maxima impertitur portio, eiusdem efformans tunicam: surculi quoq; in ipsam lingue substantiam exigui distribuuntur.

## Quæ sunt species saporum?

Eas hoc loco Aristotels ita commemorat. Simplices

plices & contrarios sapores dicit esse, dulcem & <sup>amorū</sup> ~~sui poliū~~ ~~lunū~~  
amarum: quibus vicini sint pinguis & salsus. me-  
dios deinde numerat, acrem, austerum, acerbum,  
& acidum. eorum Græca nomina sunt hæc, γλυ-  
νύς, πινγός, λιπαρός, ἀλμυρός, άρημός, αὐτηρός,  
σρυφνός, ὄξυς. Reliqua à medicis petenda sunt, &  
plurima non minus iucunda quam utilia è Galeni  
lib. 4. De simpliciū medicamentorum facultatibus.  
Quanquam is paulo aliter numeret quam Aristoteles. Nam etiā σιφοντα, hoc est affrimentē quen-  
dam ponit, quem lib. 1. citati operis genus dicit esse  
acerbi & austeri: pingue uero sub dulci cōprehendit, quod etiam facit Aristoteles in libello De sensu  
& ijs que sentiuntur, inscripto.

### Quis est sensus tactus?

Est, quo qualitates primæ elementorum, quæ  
Aristoteles hoc loco corporis, ratione ea qua cor-  
pus est, differentias uocat: tum etiam ex his natæ se-  
cundæ, percipiuntur. Neg, enim hic sensus unum  
genus habet quod percipiat, quemadmodum supe-  
riores, sed plura. aliud enim est genus caliditatis et  
frigiditatis, quam sit humiditatis et siccitatis: quæ  
etiamsi nominib. carent, ratione tamē intelliguntur.  
Quod argumento esse potest, illū sensum non esse  
prorsus unum: sed alio tactu calidum & frigidum,  
alio humidum & siccum percipi. Sed quo pa-  
eto non sit unus tactus, breuiter explicandū censeo.

~~Vnum subiecto & numero esse dicimus, ratione autem ex facultate non unum, sed multiplicem. quem admodum etiam unus est oculus qui nutritur et sentit: alia tamen eius ratio & facultas est qua nutritur, alia qua uidet.~~

### Quod est organon tactus?

Organon tactus (qui non ut reliqui sensus in una aliqua corporis parte habet, sed per uniuersum corpus fatus est) intra carnem esse reconditum, Aristoteles censuit: atq; ob hunc præcipue usum carnem conditam, ut esset tegumentum ipsius tactus, ac medium, per quod tangendo res percipimus. In quo tamen ipsum hallucinantem non possumus defendere, nisi ueritatem, quæ nobis uel ipso authore Aristotele, debet esse antiquissima, defere-re, & sceleratè prodere uelimus. Sed origo & natura neruorum Aristoteli non satis perspecta, in hunc & alios quosdam errores ipsum induxit. Nos neruos à cerebro & spinali medulla prodeentes, atq; in uniuersum corpus distributos, ut motus uoluntarij, ita etiam huius sensus præcipuum instrumentum dicimus: nec requiri putamus aliquid uel connatum, quale carnem esse Aristoteles autumat, uel externum, quod idem uel aqua uel aerem esse statuit, medium, ut tactu res extra nos positas percipiamus: cum uideamus ipsum neruum, etiam in interiore sui parte lesum, grauißimos excitare crucia-

eruciatus. In cutim uero, quæ est omnium partium corporis tegumentum, uenarum, & quarundam arteriarum, item neruorum fines confluunt, ipsam que efformant: quæ est quasi sanguine præditus neruus, ac plane media quedam natura inter neruum & muscularum carnem: quo fit, ut præsertim hominis cutis, sit (ut Galenus sub finem libri primi de Temperamentis ait) omnium rerum quæ causa primarum qualitatum oriuntur & occidunt, ad amissim medium. Hinc etiam est, quod homo, cum in reliquis sensibus à multis animalibus longè superetur, huc solū obtinuerit acutissimum. Et inter ipsos etiam homines de ingenio iudicium ex tactu sumamus, ingeniosos & acutos eos iudicantes, qui hunc subtiliorem: contrâ stupidos & hebetes, qui carnem & cutim duriorem, ac proinde tactum obtusiorem sortiti sint. Omnia uero temperatissima est interior manus cutis, ubi etiam ob eandem rem sensus tactus est acutissimus & subtilissimus. Cutis igitur ob rationes explicatas præcipuum erit dicenda, & primum instrumentum externum, res tactiles percipiens. in ipsa uero carne & substantia corporis nerui reconditi, & in omnes particulas inserti, tactu sentiunt. Proinde quemadmodum dicebamus, reliqua sensuum organa ijs uacare qualitatibus, quas percipient; ita etiam dicimus, tactus organon ea non sentire,

tire, quæ eodem modo quo ipsum sint calida, frigida, humida aut sicca: sed tantum ea, quæ ab illis mediocriter recedant.

Haec tenus de singulis sensibus ordine dictum est. Sed est ne aliquid reliquum quod de ijs in genere dici possit?

Est sane. Et primum illud omnibus sensibus commune est, quod species sensiles sine materia percipiunt, quem admodum cera annuli ferrei vel aurei signum, absque ferro vel auro. Secundò, quod sensus siue uis sentiendi non ea ratione intelligatur, qua corpus est, et quantitas: sed qua est species et ratio efformans corpus, et habile ipsum reddens ad sentiendum. Ex quo etiam illud intelligitur, cur et quæ mouent sensus, si qualitatib. excellant, sensus labefactent. Nam immodicæ perpetiones sensuum facultatem et λόγων, qui sensus organum informat, interimunt. Nec non et illud intelligitur, quare plantæ, quamuis sint animatæ, et à qualitatibus tactilibus afficiantur, eas tamen non sentiant.

Sunt enim isto λόγῳ, siue ista mediocritate et harmonia, in qua uis percipiendi species consistit, destitutæ.

**C O M P E N D I V M   I N   L I B R V M**  
tertium de Anima.

Sunt' ne alij præter hos quinq; com-  
memoratos sensus?

**N**ullus est præterea. Si enim tactu, qui omniū  
sensuum est insimus, tactiles qualitates omnes  
percipimus (nam primas omnes percipimus, qua-  
re etiam ex his ortas secundas) uerisimile est, reli-  
quos etiam sensus suas qualitates omnes percipere.  
Quare perfectis animalib. nullus sensus deest. Quo  
circa cum homo, omnium animalium perfectissi-  
mus, quinq; tātum habeat sensus: omnino sequitur,  
nullum aliud esse posse.

Annon communia sensilia quinq; su-  
prā enumerata, propriū aliquem  
requirunt sensum?

**M**inime. Hæc enim per se, & non solùm per  
accidens, ut alia quædam, pluribus obseruantur  
sensibus. Nam per accidens pluribus percipiun-  
tur sensibus, ergo etiam per se pluribus percipiun-  
tur sensibus: cum id quod per accidens est, absq; eo  
quod per se est, nec esse nec intelligi possit. Quod  
si per se ista pluribus percipiuntur sensibus, non re-  
quiritur aliquis proprius, à quo per se percipiatur.  
Pluribus uero notantur sensibus propterea, ut  
que illorū à proprijs sensilibus esset differentia, mi-  
nimè nos lateret. Etenim si ut colorem, ita etiam  
magni-

*magnitudinem uisus solus sentiret, qua re magnitudo à colore discreparet, nemini perspectū esse posset, sed pro uno eodemq; utrumq; haberetur.*

**Cum uero non tantum sentiat animal, uerum etiam sentire se sentiat: ac non modo contraria, sed diuersa quoq; dijudicet: quem existimo, quo'nam sensu ista perficiantur?**

*Non inepte quæris. Ista enim quæ commemorasti, constat fieri: quæ tamen opera nullus enumeratorum sensuum edere potest. Vnus enim sensus non potest diuersorum, sed tantum contrariorum perceptor & iudex esse: nec animaduersio ista & quæ si notatio sensionis ipsorum est sensuum, sed alicuius eminentioris facultatis.*

**Quæ'nam illa est?**

*Sensus ille interior, quem uocant communem siue ultimum, supremum & principem, cuius officium est quasi regium, accipere, censere, & iudicare omnia illa quæ quinq; exteriores sensus, tanquam ministri, attulerunt et renunciarunt: huius nullum aliud organon est quam cerebrum, quod natura, non ut ipsum per se sentiret, sed ut omnium sensuum sensiones perciperet & iudicaret, cōdidit. Hic mihi quidem ab ea facultate quam Galenus Sect. 2. Aphor. 6. dixerunt in iuri uocat, nihil uidetur discrepare. Quin etiam Hippoc. cum eos qui parte aliqua corporis dolent,*

dolent, et tamen dolorē non sentiunt, mente ægrotare afferit, yvā ulū pro sensu cōmuni accepisse uidetur. Imò ipse etiam Aristoteles vōnōtū interdum à sensu communi non distinguit. Hic sensus unus est: eo modo quo punctum, in quod multæ finiuntur lineæ, unum esse dicitur: per se nimirū unus, per acci-  
dens autem non unus, sed multiplex.

Sunt' ne aliæ facultates interiores ad  
uim animæ sentientis  
pertinentes?

Sunt. Nam quæ sensibus imprimūtur species, ac illi communi iam dicto representantur, ab eodemq; dijudicantur ac discernuntur, eisdem etiam absentes perspicit, ac imagines earum retinet, ac sensui communi offert facultas alia interior, quam φαντασίαν ωφελεῖ φωτὸς dicimus. Rursus quæ præteritas reuocat, memoria est. Ergo sensus communi opus est, discernere plura et diuersa sensibilia, atq; uno et eodem tēpore pluriū specierum discrimina dijudicare: Phantasiæ, absentiū sensilium imagines adumbrare, et representare: Memoriæ, præterita reuocare. Omnia uerò sensuum, tam exteriorum quam interiorum, penes cōmunem illū est iudiciū, qui tanquā princeps in medio collocatus, de omnib. pronūciat, et ad quem omnes uelut nuncij recurrent. Has interiores facultates etiam subiectis differre, medicorum experimenta docent: qui memoria

258 PHILOS. NATURALIS  
memoria leſa, posticæ: phantasia, anticæ: sensu com-  
muni, mediae capitis parti remedia admouent.

Atqui non omnes eodem modo nu-  
merare mihi uidentur sensus  
illos internos.

Verum id quidem. Nam Galenus, sequutus Pla-  
tonis sententiam, de anima humana tantum, ut mi-  
hi quidem uidetur, differit. Eius tres siue partes, si-  
ue potentias, siue quomodocunq; appellare libeat,  
numerat: ἐπιθυμητικὸν in iecore, θυμοειδὲς in  
corde, εὑρεμονικὸν in cerebro sedē habens. οὐκε-  
μονικὸς autem tres numerat συνάμεια, φανταγ-  
ητικὸν, διανοιτικὸν, νοῦ μνημονικόν. Numerat  
ergo Galenus inter sensus interiores etiam mentem  
et intelligentiam, quam uim διανοιτικὴν vocat:  
omisso sensu communi, quem, ut ego statuo, non sub  
phantasia, quod quidam dicunt, sed sub διανοι-  
τικῇ comprehendit. Quia uero Aristoteles non de hu-  
mana solum, sed de omni anima in genere uoluit di-  
cere, potentias aliter numerauit: eas nimirum, quas  
ab alijs subiecto ipso etiam discrepare deprehen-  
disset. Proinde quia nutricans facultas in stirpibus  
sola consistit, eam numerauit primam: alteram, sen-  
tientem. hæc enim absque mouente loco, et intelli-  
gente, in ijs cernitur quæ ἀνθρώπων Græcis dicun-  
tur. Sed qua etiam appetentem comprehendit: quia  
sensus sine uoluptate et dolore nunquam est, quæ  
statim

statim fuga uel appetitio comitatur. Tertiam, loco mouentem: quæ ut absq; sentiente & nutriciâ non est, ita absq; intelligente, in omnibus, excepto homine, animantibus existit. Ultima & perfectissima est intelligens. eam Aristoteles prudenter à sentiente, hoc est, tam ab exterioribus quam interioribus sensibus separauit, excellentissimumq; (ut reuera est) uiuendi hunc gradum cōstituit, quem etiam ab inferioribus separari posse docet. Galeno uero, ut medico, non tā accuratè ista distinguenda erant: sed eæ tantum numerandæ potentia, quæ medicam interdum opem & requirunt, & admittunt. Qui plures ponunt iam enumeratis potentij, citra probabilem aliquam rationem id facere uidentur.

Ergo ut de intelligente quoq; anima dicas aliquid, exspecto.

Vt huius etiam animæ quæ uis & natura sit exploratum nobis esse possit, ab eius officio ac mune-  
re, hoc est ab eo quod intelligere dicitur, ordi-  
endum censeo. Intelligere igitur, ad eum ferè modum  
comparatū uidetur, ad quem sentire. Quemadmo-  
dum enim sentire est, affici et perpeti aliquid ab eo  
quod sentitur: ita intelligere est, affici ab eo quod  
intelligitur. Proinde ut sensus est expers earū om-  
niū quas percipit formarū: ita intellectus, cū omnia  
ea quæ decē continentur generibus intelligat, nihil  
corum ipsum esse oportet. Et cū intelligat omnia,

necessē est ipsum simplicem esse, & non ex his quæ percipit mixtum. Quare corporis partē informat nullam, nec aliquo utitur instrumento corporeo, ut anima sentiēs. Quia in re nobis etiam ueterum philosophorum astipulatur authoritas, qui animam (non omnem, sed intelligentem) sedem & locum formarum dixerunt. Quemadmodum enim locus corpus non est, omnia tamen corpora recipit: ita anima nihil est earum rerū quas intelligit, omnium tamen potest fieri particeps. Quanquam autem & sensus & intellectus nihil eorū sint quæ percipiūt, alia tamen est ~~& πάθεια~~ sensus quam intellectus. Nā sensum ab excellenti sensibili obtundi, hebetari, & omnino aboliri, suprà est dictum. Intellectus autem ab excellenti intelligibili adeò non hebetatur, ut potius aptior intelligendis obscurioribus reddatur. Ratio diuersitatis hæc est, quod sensus utuntur instrumento corporeo, cuius λόγος insignibus formis soluitur. Intellectus autem nullo utitur instrumento corporeo.

Quod est obiectui. intellectus?

Intelligibile. Illud uero duplex est. aut enim omni materia caret: ut sunt substantiae simplices, quæ ipse & esse ipsarum non discrepant, suntq; actu, non facultate rursum, quæ prima & simplici mente percipiuntur. Aliud est intelligibile rerum materialiarum, quæ res quoad actu non intelliguntur, alio modo.

modo se habent, quam cum actu intelliguntur, & Quomodo  
 in mete tanquam loco collocantur. Aliud enim sunt mathemati-  
 ipsæ res, aliud esse rerū: ut aliud est caro, aliud esse ca-  
 carnis: aliud magnitudo, aliud esse magnitudinis. adiūguatur  
Res sensibus, essentia rei mente & intellectu perci-  
pitur. qui intellectus rursus illas aut materiae adiun-  
 git, ut facit Physicus, atque etiam Mathematicus  
 (nam sua quoque est materia mathematico, abstra-  
 ctis formis) aut ab omni materia liberat, & solum  
 purissimam sincerissimamq; essentiam rerum con-  
 templatur, quod summus facit philosophus, quam  
 mentem ab omni materia separatam esse oportet.  
 Et ut æterna & ab omni materia contagione libe-  
 ra cōtemplatur: ita ipsam quoq; materiae non per-  
 mixtam, ortui & interitui non obnoxiam esse ne-  
 cessariò statuitur.

Si igitur mens hominis est simplex, &  
 nulli rei admixta, &  $\alpha\pi\alpha\theta\gamma\eta\varsigma$ , ut dicebat Anaxa-  
 goras: quomodo poterit intelligere? cum, ut suprà  
 dictum est, intelligere sit aliquid perpeti:  
 perpessio autem in nullis sit rebus,  
 nisi quæ aliquid commune  
 inter se habeant?

Mens humana, dum intelligit, pati dicitur: quia  
recipit in se eas quas intelligit formas, exclusa per-  
sione ea qua res materialæ dicuntur pati. Est e-  
 nim instar tabulæ rasæ, in qua scriptum est nihil,  
 scribitamē quiduis potest. Expers ergo intellectus  
 r s hominis

hominis omnium formarum intelligibilium, omnes potest recipere: inter quem & intelligibiles formas hoc est commune, quod quemadmodum illae actu intelligibiles non sunt, sed fiunt, cum abstrahuntur à materia per mentem facientem: ita intellectus non actu intelligit, sed intelligere potest, ubi effectas ideas receperit: ac ista ratione etiam materiatus quodam modo esse intelligitur.

**Q**uiā uero mens nō modò alia, sed etiam semetipsam intelligit, qui sit, quod etiam aliæ res intelligibiles non intelligent, cum ratio & species una sit omnium intelligibilium, ea ratione qua intelligibia sunt?

Non necesse est eandem omnino mentis intelligentis & specierum intelligibilium naturam esse. Illæ enim cū materiatae sint, extra se uim intelligentem requirunt: quemadmodum etiam quæ sentiuntur, intra se se fensionem non gignunt. At mens quia materiata non est, ipsa seipsam intelligit, atque idem subiecto est quod intelligit & quod intelligitur, cum aliud non sit ipsa, & esse ipsius: quemadmodum etiam scientia, & id quod scitur, subiecto sunt unum.

**C**ū ergo mens nostra materiata nō sit, quæ causa est quod non semper intelligit?

**Q**uiā ea quæ mente nostra intelliguntur, actu intelligi-

intelligibilia non sunt, priusquam intelligantur. Fieri  
ergo vonta necesse est, et tandem facta percipi.  
Quare cum non semper fiant, non etiam semper  
intelliguntur.

Quid ergo illud est, quod facultate intel-  
ligibilia, actu intelligibilia efficit?

Mens agens, seu faciens. Esse enim non omnino  
simplicem, sed compositam mentem nostram, ex eo  
conuincitur, quia aliquando intelligit, aliquando  
non intelligit: ex quo patet, ipsam esse ex eorum nu-  
mero quæ natura subsistunt, compositū scilicet, &  
non prorsus id ipsum quod est. Quemadmodū ergo  
in alijs rebus naturalibus omnibus aliquid inest ma-  
teriæ rationem sustinens, qua ad patiendum: aliud  
forma, qua ad mouendum & efficiendum res sunt  
habiles: non secus quam in reb. artificiosis aliud est  
materia, aliud ars effectrix operis: ita quoque in a-  
nima nostra est uis quædam intelligibilia omnia in  
sese recipiens, quæ passibilis dicitur, inferioribus  
uite gradibus sese adiungens, materia et insepa-  
rabilis: alia effectrix intelligibilem formarum, ma-  
teria vacans et inseparabilis, que agens seu facies  
mens à Philosopho dicitur. Hæc sese habet instar  
luminis. nam quemadmodum colores sunt illi qui-  
dem semper in aliqua materia & subiecto, sed per  
lumen fit ut sine subiecto afficiant aerē pellucidum:  
ita mens illa efficiens facit, ut species seu forme in

phantasia impressæ sine materia in patientem traducantur intellectum, ac ut ex potentia intelligibilius fiant actu intelligibilia in mente paciente. Et quemadmodum lumen separari à subiecto corpore, hoc est pellucido potest: ita mens efficiens descendere potest à corpore & phantasia, ac sincera & pura superesse, gradibus inferioris uitæ non deuincta: ubi iam primum quod est uerè esse incipit, carcerem nimirum corporis soluta. Nam quoad in corpore est, inferioribus facultatibus sese adiungit, & quodammodo à naturæ suæ sinceritate & integritate discedit: soluta autem à corpore, suæ simplicitati puritatiq; restituitur: ut non male nostrum uiuere mori, & nostrum mori uiuere dicatur. Possibilis autem & materiatus intellectus interit, cum se in optimum statum agens receperit. Quare etiam memoria & phantasia pereunt. Hinc est quod diuus Paulus Corinthijs scribēs, scientiam quoq; aboledam dicat, utpote quæ ex parte & imperfecta sit; cum perfectum & integrum aduenierit, & imperfectum sustulerit, aut potius absorperit. Tum enim nō per ænigmata & specula, hoc est à posteriori, sed de facie ad faciem, hoc est à priori, res contemplabimur.

Quot sunt actiones intellectus?

Tres numerantur uulgò: Apprehensio simplificium, cōpositio & diuisio, et discursus siue ratiocinatio.

natio. Primum enim species simplices à nobis apprehenduntur, ut quid diameter, quid σύμμετρον: atque in his ueritas est tantum, non etiam falsitas. Deinde hæc ipse uel componuntur, uel diuiduntur: ut diæmetropus esse & σύμμετρον aut σύμμετρον, in quibus ueritas, & ei opposita falsitas locum habet. Postremò intellectus ab uno ad aliud discurrit, colligendo & ratiocinando, quo eius munere omnes constituuntur scientiæ. Cæterum in compositione ueritas & falsitas inest, non solum causa rerum, sed etiam temporum. Nam in necessarijs ueritas & falsitas inest tantum causa rerum: in naturalibus, ciilibus et agilibus, etiam causa temporis ueritas & falsitas cernitur. ut si dicam, in triangulo tres esse angulos duobus rectis æquales, uerum est, nullius causa temporis. At si dicam, hodie esse eclipsin lunæ, falsum est: si dicam, aliquando fuisse uel fore, uerum est. Ita medicus, qui putat in aliquo morbo dandum medicamentum purgans, non errat: sed qui in principio dandum existimat, cum humores nondum sunt concocti, fallitur.

Quomodo uocatur illa mens, quæ uersatur in rebus agilibus?

Aristoteles hoc loco uocat duoentinus Λύχνον: infra ab eodē uocatur intellectus practicus. Etenim anima humana nō solum in contemplatione rerū uersatur, qua ratiōe vīs θεωρήnos lūcūstagnuorūos

r 5 dicitur,

dicitur, in quo spectatur ueritas & falsitas: sed etiam  
in rebus uim suam exerit consultando & delibe-  
rando de fugiendis expetendisq; atq; omni officio.  
Illud autem sine uisis & efformatis in phantasia  
formis non fit. Quemadmodum enim sine phan-  
tasmatiſ mens noſtra non intelligit aut contempla-  
tur, ita etiam non sine phantasmatiſ deliberat. In  
consilio ergo capiendo ſpecies ſenſu ac phantasia  
perceptas ( nam deliberatio omnis eſt de rebus ſen-  
ſibiliſ, & ijs quæ aliter ſeſe habere poſſunt ) ut  
ſenſiles, non ut intelligibileſ intuetur: illiſq; bonum  
uel malum, hoc eſt expetendū uel fugiendum adiu-  
git ( ueluti ſi procul conſpicatus facem cōmoueri et  
agitari, ex commotione aduentum hoſtium ſigni-  
ficari iudicem, ac fugam arripiam ) ita mentis ocu-  
los in ſpecies phantasiæ impressas intēdens, ac præ  
ſentibus futura cōparans, ac quid in illis iucundum  
& gratum, uel aſperum & triste aut iam inſit, aut  
futurum ſit conſiderans, de fugiendis & proſequen-  
diſ omniq; officio delibero. Atq; hoc homo homi-  
ni, ſtulto intelligens præſtat, quod hic quæ uera ho-  
minis ſint bona, ratione cernit, uifisq; illis adiūgit:  
ille autem stupiditate & tarditate mentis apparen-  
tia bona pro ueris habet, ac præſenti iucundi aut  
utilis ſpecie illectus, cupiditateq; inflāmatus & ex-  
cæcatus, uera bona nō poſteſ cernere. In brutis ue-  
rò deliberatio & cōſultatio iſta in utramq; partem  
non

non est, sed sensu communi iudicium illud ex discrimen fugiendorum et prosequendorum ad uisa accedit: ac presentibus tantum ducuntur, futuri temporis maiorum aut minorum bonorum sensum et discrimen nullum habent: sed ad id solum, ut Ciceronis uerbis utar, quod adeſt, quodiq; p̄ſens eſt,  
sese accommodant, ad idq; toto feruntur impetu. Sed de intelligente anima satis dictum reor. reliquum est, ut de mouente loco etiam quædam adi- ciamus: atq; ita demum de anima institutæ disputa- tionis finem imponamus.

### Quæ eſt illa?

Eſt, qua animal de loco ad locum promouetur. Sed quid illud quæſo eſt, quod animal loco mouet? Num uis nutrīeſ? Minime uero; aliās enim et plan- tæ loco mouerentur, et instrumenta ad illū motum idonea sortitæ eſſent. Accedit huc, quòd uis ista lo- co mouens cū phantasia et appetitu coniuncta eſt, quæ cum nutritore non ſemper coniunguntur. non enim ſi quid nutritur, etiam appetit, aut phantasia ſpecies adūbrat. Num ergo ſentiens? Nequaquam. multa enim ſunt ſenu quidē p̄adita, ſed eidē per- petuo loco affixa. At neq; intelligēti animæ uis mo- trix tribui potuit: ſepenumero enim cum mens fu- gere aliquid iubet, aut prosequi, propter incōtinen- tiam non fugimus, aut nō prosequimur. Appetitus ergo erit princeps iſtius motus. Sed nec iſ ſi uidetur,

Temperan-

Temperantes enim & continentes homines cupiditatibus suis imperant, nec quò suadent affectus ducuntur. Quid igitur tandem erit, quo de loco ad locum mouetur animal? E duobus certè aut alterutrum, aut utrumq; id præstare uidetur: appetitus nimirum, et ratio: si modò phātasia aliquis cū ratione cōnumeret. Ratio inquā nō quælibet, sed quæ id quod gratia alicuius fit cōsiderat, quā paulò antē intellectum practicū uocauimus. Ratio uerò mouet, quia appetitus ad illam accedit. Præcipua ergo & primaria causa mouens est appetitus. Nā si hæc duo, ratio inquā et appetitus mouerent, necessariò esset aliqua species utrisq; communis, ratione cuius mouerent. nūc autē nihil cernitur præter hæc duo, cui uis hæc mouēdi tribui possit. Appetitus ergo est qui mouet, facultas animæ à sentiēte nō secreta, quæ rationi sese adiūgēs, uoluntatē constituit motricem: cum phātasia uerò copulata, cupiditatē gignit, quam bruta omnia agunt, tū homines ab illis nō multum discrepantes, intēperantes & incōtimentes ad uaria incitantur flagitia. Appetitū mouet, bonū, siue uerū illud sit, siue apparens. Tria ergo consideranda sunt in motu animalis: quod mouet, quod mouetur, et instrumentū quo mouetur. Quod mouet, duplex est: aut enim ipsum est immobile, bonū nimirū quod appetitur: aut ipsum etiā mouetur, appetitus inquā. hic enim ut à bono mouetur, ita ipse uicif

sim

sim aliud mouet. quod mouetur, animal est: quo mouetur, est organo corporeo. de quo tu erit dicendu, cu explicabutur ea que animae et corporis sunt communia opera. Nunc tantu dixisse sufficiat. Bonum quod obicitur, siue ueru illud sit, siue apparet, mouet appetitu, seu divitiae corporis: appetitus spiritum animalē ciet: ab hoc nerui, à neruis musculi, ab his copages et commissura ossium, quibus motis, totum animal, aut membra quædam locu de loco mutat. Præcipua ergo progressionis instrumenta sunt musculi, uim motricem à neruis accipientes. Sed de his Medici copiose differunt. Nos institutæ de anima disputationi satis à nobis factum existimamus.

## C O M P E N D I V M IN LIBELLOS ARISTO- telis Parua Naturalia uulgò appellatos.

D E S E N S V, E T I I S Q V A E  
sensibus percipiuntur,  
Præfatio.



E Anima, ciusque facultatibus, satis dictum hactenus opinor: reliquum est, ut de animalibus agamus. Ac in primis illa explicanda censeo, que animæ

animæ & corpori sunt communia: cuiusmodi sunt, sensus, memoria, somnus, euigilatio, iuuentus, senectus, expiratio, inspiratio, uita, mors, & quæ his sunt cognata: quæ omnia aut cum sensu fiunt, aut per sensum, aut sensuum sunt affectiones quædam. Ex quo patet, illa nec solius animæ, nec solius corporis, sed utriusq; causa oboriri. sentit enim animal per corpus. Cæterum quodlibet animal, ratione qua animal est, sensum habet. sensu enim animal, ab eo quod animal non est, distinguimus. Ex sensibus uero duo, tactus & gustus, omnibus animalibus sunt necessarij. Illis autem quæ loco mouentur, uisus, auditus, & olfactus utiliter & salutis causa tributi sunt, ut cibum è longinquο sentire, atque ad illum ferri, à nocituriis autem refugere possent. Homini uero, qui rationis est particeps, non solum ut uiuere, sed etiam ut bene uiuere, hoc est intellendo & cognoscendo se se oblectare posset, sensus huius tributi sunt, per quos plurimas rerum percipit notas et differentias. In primis autem ad cognitionem rerum uisus plurimum confert per se: plurimarum enim rerum offert differentias, propterea quod omnia ferè colorata sint, & communia sensilia hoc sensu maximè nobis innotescant. Auditus uero, per accidens ad doctrinam & sapientiam confert. Oratio enim, qua omnes docentur artes & scientie, per accidens hoc sensu percipitur. Sonus enim per

per se auribus aduenit, cui accidit ut sit uox articulata. Proinde qui natura cæci sunt, multo dociliores esse ijs deprehensum est, qui ab incunte ætate auditus sensu destituti essent. Sed nunc de sensibus ordine dicamus: ea per sequentes, quæ in libris de Anima omissa, in hunc locum reiecta sunt.

Quod est organon uisus?

Instrumentum uisus hoc loco Aristoteles λόρην uocat, quam pupillam Latime dicimus. Iulius Pollux interpretatur, τὸ εἰς μέσων μέλαν. Sed hoc non uoluit intelligere Aristoteles, sed corpus quoddam aqueum: id medici dicunt esse humorem illum quem Crystallinum uocant, quod in star optimi crystallis pellucidiſsimus. Aristoteles instrumentū uisus ex aqua constructū esse, hoc argumento demonſtrat. Cum colores sine pellucido non percipiātur, necesse est non solum medium per quod, sed etiam organon quo percipiuntur, esse pellucidum. Quia uero ex aere illud instrumentum construi non potuit, propterea quod aer propter tenuitatem species nec facile recipiat, nec fideliter retineat, necessariò ex aqua factum intelligimus. Id quod res ipsa etiam docet. Nam ex oculis uulneratis copiose aquam effluere cernimus: et in ijs quæ per abortum ejciuntur, ingens humoris splendens cernitur copia eo loco, quo natura oculos repositura erat, si perfectè animal conformare licuisset.

Ceterum

Cæterum ut absque externo lumine cerni nihil potest: ita etiam nec absq; interno. Internum illud lumen nihil aliud est, quam spiritus clari & lucidi, à cerebro per nervos uisorios in oculos delati, ac per pupillam cum externo lumine coniuncti, ex species ab illo recipientes, propter emulatōrēs, ut Plato inquit, atque ad primum sensorium deferentes. Hoc Plato in Timœo minus propriè (ut solet) ευμπάγες λικη συμφvés γίγνεθαι uocat. quo nomine etiam ab Aristotele hoc loco reprehenditur: non quod reuera à p̄ceptore discipulus dissentiat, ut ego quidem iudico: sed quod sermonis improprietatem ferre non posset, ut qui perpetuò fuerit proprietatis studiosissimus. Ipse quidem Aristoteles oculos interno lumine illustrari hoc argumento declarat: quod aliquibus in bello iuxta tempora uulneratis, neruisq; uisoris dissectis, tenebræ subito sint abortæ, non aliter atque lucerna extincta fieri solet: resecto uidelicet pellucido, & uocata pupilla, tanquam lumine. Non ignorans aliorum interpretum sententiam hoc dico, qui à lumine externo pupilam illustrari dicunt: sed prior sententia nec à ueritate, nec à mente Aristotelis discrepare mihi uidetur: certè consensum habet omnium fere ueterum philosophorum. Sed prolixior hoc loco fui, quam instituti Compendij ratio ferebat. reuoco ergo me ad propositum.

Quid

## Quid est color?

Est extremitas pellucidi, in corpore definito.  
Platonis definitio ab Aristotelica nihil discrepare  
uidetur. inquit enim, colorem esse uelut flammu-  
lam quandam, à singulis corporibus emanantem,  
partes habentem uisus ad sentiendum accommoda-  
tas. In omnibus enim corporibus est natura quæ-  
dam seu dūværis perspicui, quam Aristoteles dix-  
øænes, Plato flammulam uocat: in alijs maior, in  
alijs minor. Vbi autem hoc perspicuum definit, ui-  
sui offertur, et color dicitur.

## Quot sunt species coloris?

Extremi sunt, albus et niger. Quod enim in  
aere est lux, hoc in corporibus albedo: et quod il-  
lic tenebrae, hic est nigredo. Reliqui colores ex ho-  
rum mixtione oboriuntur. Plato hos numerat,  
εὐθρόν rubrum, ξανθὸν flauum, ἀλσρυὸν purpu-  
reum, ὄρφνιον luteum, πυρπὸν fuluum, φαιὸν fu-  
lcum, ὠχρὸν pallidum, λινανὸν cæruleum, γλωσσὸν  
glaucum, πεάσινον uiridem. reliquos ex his notos  
dicit. Aristoteles septem numerat: albū et nigrum  
extremos, medios hos quinq;: ξανθὸν, φοινικὸν ρυ-  
niceum, ἀλσρυὸν, πεάσινον, λινὸν λινανὸν. Hactenus  
de uisu et colore. De auditu, sono et uoce que di-  
cenda erant, in libris de Anima ferè pertractata  
sunt: proinde ad reliqua transeamus, atque de odo-  
re et sapore quædam adjiciamus: cædem enim ferè

sunt

sunt affectiones. Prius tamen de saporibus dicendum censeo: quia nobis multo quam odores sunt notiores, propterea quod sensum illum odorandi longe hebetissimum sortiti simus.

### Quid ergo est sapor?

Est affectio quædam sicci in humido per calorem generata, quæ gustum de potentia in actum traducit. Nam quemadmodum qui colores aut sapores in aqua abliunt, ipsam ipsis coloribus & saporibus inficiunt: ita natura siccum terrestre colat, & calore mouens, qualitate quadam humidum afficit, quam saporem dicimus. Sapores enim omnes fructuum in terra sunt: quod fontes declarant atque, omnis generis saporibus infecti. Gustum autem mouet sapor, non ratione qua siccum aliquid est, sed ratione qua nutrit uel non nutrit potest. Nam nec humidum absq; sicco, nec siccum absq; humido nutrit, sed utrumq; mixtum & calore subactum & concoctum, quam concoctionem sapor necessariò comitatur. Ergo in nutrimento considerantur tria: humor, siccum, & sapor. Humor nutrimento produciculo est: siccum est id quod nutrit, sapor est condimentum. In primis nutrit dulcis, minime amarus & salbus sapor. Internus enim & nativus animalis calor, dulce, quod leuisissimum est in cibo, attrahit (quemadmodum etiam externus solis calor aquam dulcem è mari eleuat, relicta amara, ut in

Meteoris

Meteoris est explicatum) salsum autem & amarum propter gravitatem relinquit: relinquit etiam admodum tenuia, quæ propter tenuitatem spissescere & concoqui nequeunt. Species saporum quæ suprà secundo de Anima libro enumerauimus, hic repetere nolumus.

### Quid est odor?

Est natura, affectio, seu qualitas quædam siccii sapidi in humido. Nam quemadmodum siccum in humido saporem efficit: ita sapidum siccum aerem uel aquam qualitate quadam imbuit, quam odorem dicimus. Odorifera autem sunt aer & aqua, non ratione qua sunt pellucida, sed ratione communis cuiusdam naturæ, qua in his ablui & quasi abstergi siccii sapore prædicta possunt. Quod autem ista qualitas, odor inquam, à sicco sapido tantum proueniat, ex eo patet, quod insipida omnia etiam inodora existunt: ut lapis, aqua, ignis, aurum, &c. Cæterum odor nec est vapor, nec fumosa exhalatio, nec mixtum aliquid ex utrisque: ista enim omnia sunt defluxus quidam corporei. odor autem non est defluxus, sed qualitas: citò enim consumerentur res odoriferæ, præsertim exiles, si continuè ab illis aliquid deflueret: et si cum uapore aut exhalatione esse posset, ut fit incensis odoribus. Odores savoribus quadam proportione respondere deprehenduntur. Quæ res persuasit nonnullis ut crederent,

nullas esse species odorum proprias: sed quæ puentur esse, illas saporum esse proprias, quæ per accidens etiam odoribus tribuantur. Atqui non ita est prorsus. Sunt enim duæ species odorum propriæ, gratus nimirum & ingratus odor, quatenus non causa saporis, iucundi sunt uel iniucundi, sed per se & suapte natura: qualis est odor herbarū, & aliarum rerum. Hac odorum uoluptate, quæ propria est ipsorum, non quæ accedit, præter hominem nullum animal afficitur: propterea quod frigiditas cerebri, odoribus, utpote calidis, non nihil tempetur, ut quidem Aristoteles censet: ut ego uero iudico, quia spiritus animales ( qui in homine tenuissimi propter sensuum interiorum acrimoniam subinde absuntur) illis reficiuntur & instaurantur. Pythagorei animalia quædam odoribus nutriti puerunt: quod falsum esse quis non uidet? Quo enim nutritur animal, substantia est, & quidem crassa. Nam quemadmodum ex non substantia non gignitur substantia, ita nec nutritur. odor autem qualitas est, ut definitione liquet. Nam quod Hippocra-

**Sec. 6.** Epid. tes quodam loco inquit, odores non solum oblectare aut offendere, sed etiam implere, hoc est nutrire:

**par. 8. aph. 3.** De elemētis. & alio loco monet, ut eos qui oxyssimè reficiendi sint, odoribus reficiamus: de refectione tantum spirituum intelligi debet. Sed de odoribus satis dictum sit. nam reliqua in libris de Anima explicata sunt.

De

*De tactu quoq; hic nihil dicemus, sed institutæ di-  
spitationi finem imponemus.*

# DE MEMORIA ET RECORDATIONE.

*Idem' ne sunt memoria &  
recordatio?*



*On sunt prorsus eadem: neq; enim  
ijdem memoria & recordatione ua-  
lent. sed plerunq; fit, ut qui ingenio  
stupidi & tardi sint, memoria: qui  
uerò acuti, ingeniosi & dociles, recordatione ma-  
gis ualeant. Causa ex his quæ deinceps dicturi su-  
mus, intelligetur.*

*Quid est memoria?*

*Speusippus in libello de definitionibus Platonici-  
cis, ita definit: Memoria est dispositio animæ, inhæ-  
rentem illi ueritatem custodiens. Sed quia hæc est  
obscurior definitio, colligamus ex uerbis Aristote-  
lis aliam, & dicamus: Memoriā esse internam ani-  
mæ sentientis facultatem, conceptarum rerum im-  
gines & motiones conseruantem, & ex præterito  
tempore promptè repetentem & reuocantem.  
Memoria enim nec præsentium est rerum, nec futu-  
rarum, sed tantum præteritarum. Nam præsentium  
est sensio & cognitio, futuraruī spes aut præscien-*

*s s tia,*

tia, præteritarum memoria. Est autem facultas hæc animæ sentientis propria, non intelligentis. Si enim intelligentis esset, præter hominem, qui solus intelligit, nullum animal meminisset. Nunc autem videamus hac facultate omnia animalia prædita, quæ quidem aliquem temporis sensum habent. Quod, uero eorum quæ mente percipimus, etiam meminimus, per accidens fit. Nos enim absq; phantasia nihil intelligimus, quandiu in hoc mortali habitamus corpore. Memoria ergo est rerum intelligibilium, non quatenus sunt intelligibiles, sed quatenus in phantasia earum imagines fuerunt. Ex quibus patet etiam illud, animas à corpore separatas, quum nec sentiant, nec ad intelligendum phantasmatis utantur, non meminisse.

### Quomodo fit memoria?

Res sensibus perceptæ uelut picturam quandam in anima sentiente, & ea quæ ipsam habet corporis parte relinquunt: quemadmodum sigillum sui uestigium in cæram imprimit, quod etiam amoto sigillo remanet. Eius picturæ siue affectionis habitus memoria dicitur. Hinc fit, ut qui in uehementi sunt motu, uelut admodū pueri propter incrementum, & admodum senes propter decrementum, memoria minus ualeant: sicut etiam ij quibus cerebrum aut plus æquo humidum, aut nimium siccum existit, quod in his nihil imprimi propter siccita-

tem & duriciem, in illis nihil retinerti propter humiditatem posset. Has rerum sensibus perceptarum picturas, cum animus intuetur ut picturas, contemplatio siue phantasia dicitur: quando uero easdem ut absentium rerum imagines aspicit, & ab iis ad ea quae quondam sensu aut intellectu percepit, mouetur, dicitur & est memoria. Hinc est, quod memoria conseruatur & augetur meditatione, & crebro recolendo: quod nihil aliud est, quam talem comparare habitum, quo species rei in animo impressa fiat absentis imago. Ex quo concludendum est, ab Aristotele non minus breuiter quam acutè, memoriam sic definitam: Esse habitum phantasmatis, quatenus est simulacrum eius rei cuius est phantasma: ξειρ φαντάσματος ὡς εἰνόνος ἐφαντάσμα.

### Quomodo fit recordatio?

Quando perceptarum & impressarum in animo imaginum una post aliam mouetur, uel necessitate, uel consuetudine. Mouemur autem uel à simili ad simile, uel à contrario ad contrarium, uel à uicino ad uicinum: ac dum recordari uolumus, quid alterius sit consequens uenamur. Proinde et si animalia multa memoria sint praedita, solus tamen homo recordatur. Recordatio enim quasi syllogismus quidam est, quo ex prioribus & notis ad posteriora & minus nota progredimur, eorundemque noticiam uenamur.

**C O M P E N D I V M**  
**I N L I B E L L V M D E**  
**Somno & uigilia.**

Semper' ne sentit animal?



Inimè. Sed aliquando sensibus utitur, quo tempore uigilare: interdum uero non utitur, quo tempore dormire animal, & somno obrui, dici consuevit.

Eadem' ne parte seu facultate dormire & uigilare animal solet?

Eadem. quum enim hæc duo, ut habitus & priuatio opponantur (ut ex utriusque definitione, quam postea trademus, liquet) eidem subiecto necessariò insunt.

Corporis' ne, an animæ, an uero utriusque causa dormire animal, & uigilare dicendum est?

Vtriusque causa. Quia enim sensus nec animæ nec corporis proprius est, sed per corpus animæ sentit: somnus quoq; qui priuatio est sensuum, animæ & corporis communis erit affectio quædam: quare etiam uigilia, utpote habitus.

Omnia' ne animalia uicissitudine ista somni & uigiliæ sunt prædita?

Omnia: nec ullum est animal quod aut semper dormiat

dormiat, aut semper uigilet. Nam quæcunq; natu-  
raliter agunt, quādo temporis modum excesserint,  
quo agere possunt, lassescūt, & ab opere desistunt.  
Quare cum sensus sit cū p̄ y eīæ quædam naturalis,  
omnibus animalibus propria, qua præsente uigila-  
re animal dicitur; eiusdē quoq; intermissio et quies,  
quæ Somnus dicitur, omnibus animalibus aderit. Et  
quia sensu nihil præditum est quod animal non sit,  
somnus quoque & uigilia soli animali inest: sed &  
omni, ut superiori argumento liquet. Quædam ta-  
men admodum breui tempore dormiunt, quæ βε-  
χύνη dicūt: quædam duris & corneis præditæ  
oculis, dormire non animaduertūtur. Ratio tamen  
probabilis euincit, omnia animalia dormire.

Somnus & uigilia sunt ne ῥάθη seu affe-  
ctiones, quæ primò sensibus exterio-  
bus accidunt, an interioribus?

Ista primò accidunt sensui illi interiori, quem in  
superioribus cōmūnem appellauimus: quo affecto,  
reliquos omnes sensus affici necesse est. Hic enim  
sensus si non sit, reliquorum nullus esse potest: at  
non contrā fieri namque potest ut multi sensus de-  
sint, communis tamen ille & princeps non desit.  
Quare hoc sensu sopito & ligato, reliqui omnes  
necessariò sōpiuntur & ligantur. Non ergo quæli-  
bet impotentia sentiendi pro somno habēda est, sed  
ea tantum quæ in hoc primo & communii sensu pri-

mo inest, non propter quamlibet causam, sed eam tantum quam paulo post explicabimus.

### Quæ est causa finalis somni?

Reparatio et instauratio uiriū. Quū enim animal absque molestia semper laborare non posset, ac per motum et sensus spiritus animales dissipentur: utiliter natura uicissitudinē hanc quietis machina-  
ta est, qua spiritus et uires amissæ reparentur et instaurentur. Vigilia ergo et labor finis est somni.

### Quomodo somnus fit?

Aristoteles cum somnū esse πάθος primi sensus rectè statuisset, illum autem in corde sedem habere persuasum falso habuisset, de somni causis partim doctè et eruditè differuit: partim ad suā falsam hypothesim omnia accommodans, lapsus est. Nos breuiter ueras causas explicabimus. Alimentū dū concoquitur, uapores sursum in cerebrū, in quo primò est sentiendi facultas, emittit. Iſti uapores frigiditate cerebri incrassati, ac in morē nubis cōdēsatī diffunduntur, ac origines neruorū, per quos sensus et motus uniuerso corpori distribuitur, obstruunt: quare animal sensu et motu ferè omni orbatum consternitur, donec uapor ille tanquā uinculum quoddam cōcoctus resoluatur, ac in spiritus cōuertatur: quæ naturalis est euigilatio. Hinc fit, ut post somnū alacriores, et ad omnes animi et corporis labores prōptiores simus. Somnus enim, ut Ouidius canit,

Pectora

—Pectora duris Fessa ministerijs mulcet, reparatq; labori.

Ex his intelligitur, somnum rectè à Paulo Aegineta ita esse definitum: Esse illum animalium facultatum quietem, ab utili humore cerebrum madefaciente prouenientē. Hinc etiam, quid euigilatio sit, & ex qua causa proueniat, facile intelligitur. Hæc quæ diximus, uera esse, multis indicijs doceri potest. Nam quod post cibum, præsertim humidiorē, post uini liberaliorem potum, post balnea, post labores, curas & sollicitudines promptius dormimus, causam à nobis allatam ueram esse testantur. Omnia enim hæc aut ex se, ut cibus humidior, liberalior uini potus: aut dum corpus colliquat & resoluunt, ut balneæ, labor, curæ, sollicitudines, &c. copiosum uaporē in cerebrū mittunt. Quòd etiā pueri, item qui grandia habent capita, & quos Græci ræwōdes uocant, itē q; angustas habent uenas, ut sunt phlegmatici, omnes somnolenti sunt, idē attestatur. His enim omnibus multus & frigidus in capite coaceruatur & colligitur uapor, quo in humorē constricto somnū subsequi necesse est. Ob eādē etiā causam in quibusdā febrib. admodū somnolēti sunt homines. In somno partes exteriores sunt frigidiores, interiores calidiores. reuocatur enim calor ad interna: proinde melior fit cōcoctio. Hinc nimiaē uigiliae cōcoctionē impediunt, & cruditates inducunt.

Sed

Sed & prolixior somnus nocet nimium resoluēdo,  
 & excrementorū copiam colligendo. Sed de his sa-  
 tis: nunc etiam de insomnijs quædam dicamus.

## C O M P E N D I V M I N L I B E L L U M D E In somnijs.

**Quid est causæ, quod tam uarias imi-  
tantia formas, Somnia fallaci lu-  
dunt temeraria nocte?**



Vum insomniū nihil aliud sit quam  
 fallacia quædam, qua inter dormien-  
 dum uidere, audire, & omnino sen-  
 tire nobis uideamur ea quæ præsen-  
 tia sensibus non obijciuntur: existimandum est, de-  
 ceptionem istam in eadem esse facultate, qua etiam  
 uigilantes interdum in quibusdam morbis decipiū-  
 tur, qui uidere, aut (ut generatim dicam) sentire se  
 putat, quæ prorsus nec uident, nec sentiūt. Et quum  
 insomnia non nisi dormientibus adueniāt, profecto  
 eiusdem facultatis erit πάθος insomniū, cuius som-  
 nus. Quare quum somnus πάθος quoddam sit pri-  
 mi & communis sensus, ut paulò superius est indi-  
 catum: primus autem & communis sensus à phan-  
 tasia ratione tātum discrepet, & insomnium phan-  
 tasma quoddam sit: patet, insomnium esse πάθος  
 quoddam

quoddam communis sensus, sed quatenus is cum phantasia coniungitur. Ex his quæ breuiter commemorata sunt, intelligitur, insomnia cui parti animæ insint. Sed quomodo oboriantur, & quibus causis, nunc explicādum est. Quod ut commode facere possumus, quædam sunt præmittēdæ hypothesis, quarum prima hæc sit: Quod sensibilia, dum sentiuntur, species quasdam imprimant sensibus, quarum uestigia etiam remotis sensilib. remaneant. quemadmodum etiam in motu accidit. lapis enim projectus, pergit, etiam remota manu quæ illum proiecerat: & ignis proximum aerem calefacit, à quo rursus uicinus calefit, & ab hoc iterū uicinus, donec ad finem peruentum fuerit. Hinc fit, ut in niue ambulantibus, aut solē uel aliud quoddam ualde splendens corpus intuentibus, oculi hebetiores efficiantur, propter relictum in illis ab excellente sensibili πάθος. Altera hypothesis hæc sit: Quod sensus citò percipiunt etiam parua sensibilia, quemadmodum uina nō modò odores earum quæ ipsis imponuntur, aut infunduntur, rerum facile recipiunt, sed etiam earum quæ propè positæ sunt. unde uidemus illos qui uina diligentius custodiunt, cauere sedulō, ne quid tetri odoris in cellis uimarijs reponatur: cum non ignorent, à talibus rebus uina corrumpi. Tertia hypothesis: Facile nos iudicio sensus falli & decipi solere, cum perturbationibus animi alius

alius alijs impellimur. Sic timidus leuisima interdum, saepe etiam ridicula, obiectare, hostes adesse existimat: & febricitates in parietibus bestiolas esse putant, parua lineamentorum similitudine ducti: interdum quidem se decipi non ignorantibus: interdum uero etiam uel refugientes ab eis, uel easdem comprehendere cupientes. Ex his iam manifestum est, non modo uigilantibus, ab his quae tum extrinsecus obijciuntur, tum ex corpore oboriuntur, excitari motiones: sed etiam dormientibus relictas in sensibus species, quae uigilantibus propter sensuum & cogitationum maiores motus delitescebant & obscurabatur, emergere, ac in phantasia adumbrari. Quemadmodum autem in aqua stante & tranquilla circulos paruos ferri uidemus, qui turbata aqua aut prorsus non cernuntur, aut confusè: ita corporibus nostris turbatis, & agitatis aut à melancholicis uel acrib. humoribus, aut nimio cibo uel potu, somnia uel prorsus nulla, uel admodum turbata, monstrosa & terribilia cernuntur. Cæterum ut uigilantes, alius propter alium affectū facile decipitur: ita dormientes, propter somnum. Hinc fit, ut quibus non nihil dulcis pituitæ per fauces descendit, mel sibi copiosum uorare uideantur: & omnino quod exigua quādam habeat similitudinem alicuius rei, id ipsum esse uideatur cuius similitudinem habet. Ergo dormiente animali, ad principium sentienti copiosus ascensit

ascendit sanguis: & cū eo quoq; motus in sensibus relicti, ijq; uel actu uel potestate. quorum semper unus post aliū oboritur, principiumq; sentiēdi eodem fere modo afficit, quo species externæ in uigilantibus solent. Ex his tandem colligamus somnij definitionem, ac dicamus: Insomniū esse uisum quod-dam ex reliquijs sensuum obortum, dum dormit a-nimal, quatenus dormit. Neque enim quælibet uisa dormientium pro insomnijs habenda sunt (nam sæpe etiam hoc ipsum animaduertimus decipi nos & somniare, non autem reuera uidere quæ uidemus: sæpe etiam ratiocinamur, & de rebus agendis consilia capimus) sed ea tantum quæ modò descripta sunt, hoc est quæ ex reliquijs sensuum specierum oboriuntur.

## C O M P E N D I V M I N L I B E L L U M D E D I- uinatione quæ in somno existit.

Potest ne ex insomniorum uisis  
aliquid prædici?

Ristoteles hanc quæstionē in utramque partem disputat, cuius rationes breuitatis causa omittendas cen seo. Ipse autem tradit, somniorum quædam, esse signa eorum quæ geruntur: alia esse

esse causas, ex quibus prædici aliquid interdum pos-  
sit: ut plurimum tamen esse accidentia, ex quibus  
nihil prædici poscit. Et signa quidem somnia dicit  
corum quæ in corpore fiant: hoc est, abundantium  
uel deficientium humorum: item aduentantis, aut  
iamiam recedentis morbi. Vnde etiam Medici mi-  
nimè uulgares, insomnia diligenter obseruāda esse  
iubeant, ut ex quibus cùm de alijs rebus, tum etiam  
de temperamento hominis non profue fallax ha-  
beri poscit iudicium. Nam in quibus flaua bilis abun-  
dat, de rixis, litibus, pugnis, cædibus, incendijs: in  
quibus atra, de rebus tristibus, supplicijs, spectris,  
dæmonibus, &c. somniant. Sanguinei iucunda ha-  
bent somnia: ijdem etiam interdum uolare sibi ui-  
dentur. Pituitosi de aquis somniant, sëpe etiam na-  
tare se putant. Et quum omnium rerum principia  
minuta sint, existimandum est, etiam morborum a-  
liarumq; corporis affectionum initia parua esse,  
quæ uigilantes nos lateant: inter dormiendum au-  
tem sese exerant, suiq; sensum quandam præbeant.  
Nec uero ratione caret, si quis dicat, quædam som-  
nia causæ rationem habere. Nam quæ somnianti-  
bus apparent, interdum nos ad actiones quasdam  
fusciendas inuitant: quemadmodum enim de ijs  
interdū somniamus quæ uigilantes egimus, aut me-  
ditati sumus, propterea quod externæ sensionum  
motiones quasi uiam sternat ad motiones internas:

ita uicissim quoque nonnunquam accidit, ut somno præparemur, et quasi uia nobis sternatur, ad futuri operis molitionem. Vt cunque autem sit certæ et firmæ non sunt istæ prædictiones. Nam etiam alia quæ naturalibus causis eueniunt, aut signis præmonstrantur, potioribus sæpenumero causis impediti solent: & optimè prudentissimeq; deliberata & constituta interdum omittuntur, alijs grauioribus succendentibus & interuenientibus causis.

Reliqua sunt omnia fortuita, quibus interdum per accidens euentus respondet: quemadmodum sæpe fit, ut cuius mentio iam primum facta sit, is ipse casu interueniat. Hæc somnia prorsus esse ænigmæ, facile intelligi potest, quum nec causæ nec signa sint eorum quæ fiunt, sed per accidens illis adiungantur. Cæterum insomnia diuinitus non immitti, Aristoteles eo argumento probat, quod non solum homo, sed etiam alia animalia somnient: & quod non præstatiſſimi quique, sed stupidi & parum generosi futura prænoscant. A dæmonibus tamen immitti non negat, ut quibus cum natura sit magna affinitas & cognatio. Nos ex sacris literis scimus, pijs & sanctis hominibus de maximis interdum rebus somnia diuinitus, ministerio angelorum bonorum immitti: qualia fuerunt Iosephi, Danielis & aliorum somnia, quorum prædictiones sunt certissimæ. Scimus item, sceleratis & flagitiosis homini-  
bus ab

bus ab impuris dæmonibus uaria obijci insomniā, per quæ ad omnis generis flagitia & nefanda facinora, interdum etiam ad monstrosissimas opiniones incitentur. Nam quemadmodum pīj & sancti homines, & uigilantes & dormientes à Domini spiritu reguntur, & angelorum bonorum præsidio sopiuntur: ita impīj, & quos Dei timor nullus tangit, non tantum uigilantes, sed dormientes etiam, ab immundo aguntur spiritu, cuius instinctu & impulsu perpetuō reguntur. Quæ Platonici de insomnijs tradunt, et si cognitu non sunt iniucunda, tamen ex ipsorum scriptis potius petenda censeo, quam hoc inferenda, ne oninia miscere uoluissē uideamur. De his ergo satris dictum existimo.

C O M P E N-

**C O M P E N D I V M**  
**I N L I B E L L U M D E**  
*Motu animalium.*

De sensu quo animalia, salutaria distinguere possunt à noxijs & pestiferis: ijs q; quæ ad sensus pertinent, atque eos consequuntur, sat tis hactenus dictum reor. Nunc etiam quid illud sit, quo animalia, salutaria, grata & iucunda proprosequi: à pestiferis, noxijs, ingratis, & sibi aduersis refugere possint, & quib. causis istud fiat, quæ duo sunt instrumenta ad uitam tuendam animalibus necessariò tributa: quibus etiam à reliquis rebus naturalibus omnibus discrepent, audire & discere aliquid cupio.

**V**T de communī motu animaliū rationes legitimo ordine institutas possimus habere exploratas, hæc ordine tenenda sunt. Primum, an præter animam, quæ princeps est causa mouens, aliquid in ipso sit animali, ut instrumentum, quod ipsum ab alio per se non moueat, & quid illud sit. Secundò, an requiratur etiam aliquid immobile externum. Tertio, quomodo motus ille animalibus proprius, & quibus naturæ instrumentis, ac quo pacto illis affectis perficiatur:

Principia

292 PHILoS. NATVRALIS  
Principio igitur de immobili illo inter-  
no, quod ut instrumentum habetur,  
doceri me peruelim.

Animam esse causam motricem, quæ ipsa per se  
non moueatur, in libris de Anima ab Aristotele no-  
stro demonstratum est: nunc de causis instrumen-  
talibus, quæ ab anima informantur, tantum est di-  
cendum. Cum igitur nihil moueri posse, nisi aliquo  
immobili firmetur, ut est in Physicis explicatum:  
necessæ est, etiam in ipsis membris aliquid esse im-  
mobile, in quod innitantur ea quæ mouentur. Atq;  
id res ipsa docet. nam uidemus semper id membrū,  
à quo principium est motionis, quiescere. Si enim  
inferius moueatur membrum, superius quiescit: ut  
si brachium, gibber: si totum membrū, humerus: ob  
eamq; causam flexus animalibus dati sunt, quorum  
et si instar puncti unum quiddam & indiuisibile sit,  
Membrū ra- rationes tamen geminas obtinet quilibet flexus.  
tione flexus quatenus enim ab illo principium mouendi est, im-  
sive puncti mobilis est: quatenus uero membra quod mouetur  
& unum est & duo, & mo extreum est, etiam ipse mouetur.  
bile & quie-  
scens.

Requiritur ne etiam aliquod im-  
mobile externum?

Maxime. Nisi enim aliquid sit extra animal, fir-  
mū & stabile, in quo innitatur motus animalis: illa  
membra immobilis quies prorsus erit irrita. Si enim  
(exempli causa) id cui innituntur pedes, semper ce-  
dat,

*dat, quæ posset quæso esse progressio? Ita siue natet, siue uolet, siue serpat animal, nisi aliquid contentioui membrorum renitur, frustrè erit conatus omnis.*

*Quum uero motus cœli sit etiam animatus (sui enim motoris impulsu, ut tradunt philosophi, agitur) quærendum existimo, num etiam ad illum motum aliquod quiescens, tum in ipso, tum extra ipsum requiratur.*

*Motus corporis cœlestis, cùm sit simplicissimus, & maximè unus, à motore uno & simplicissimo excitatur, qui nec informat corpus cœleste, nec ad motum instrumentis utitur corporeis: quapropter huiusmodi adminiculis opus non habet, quibus indiget animal caducum & mortale. Quare nec in ipso cœlo sunt partes quædam quiescentes, ut in animalibus, quibus innitantur & fermentur partes mobiles: nec extrà ipsum cœlum, quod quidam terram esse perhibuerunt, qui Atlantem nescio quem terræ insistentem mouere ac torquere cœlum commenti sunt. Sed cœleste corpus quia est rotundum, eiusq; conuersio rotunda, pars eius quiescere nulla potest: alias enim totus orbis diuelleretur, distrahereturq;. Quod si cœli nulla pars tanquam instrumentum quiescit, nec externum requiritur uelut firmamentum & fulcrum istius quiescentis partis, sicut in animalibus.*

Num eadem requiruntur etiam immobilia in ijs quæ animata non sunt,  
& tamen loco mouentur?

Nequaquam. Illa enim à semetipſis non mouentur, sed aliunde, & ab externo motore: hoc est, aut ab animali, aut à motu cœlestis corporis: quare nec instrumēta motus, siue mobilia siue immobilia, nec extra ſe in quo motus ipsorum firmetur, requirūt. Tantum ne in eo quod ſemetipſum loco promouet, quiescere aliquid oportet, an uero idem etiam necessariò euenit in eo quod à ſemetipſo alteratur, aut quod ipsum ſibi cauſa & principium eſt incrementi?

De ortu quo primum res naſcitur, itemq; de interitu, recte iſtud non quæris. Nihil enim ſibi metipſi eſt cauſa ortus & interitus. Reliqui motus quia ſunt, ut alibi demonstratum eſt, natura posteriores φορα, hæc illorum omnium cauſa erit. Quare quemadmodum in toto uniuerso motus localis reliquorum omnium eſt primus & cauſa: ita quoq; in animali, quoad eſt perfectum & abſolutum, reliquæ motiones omnes φοραν conſequuntur, & ab ea dependent. Quare etiam in illis quieſcens aliquod requiritur, quum ſine eo motu qui fit in loco, eſſe non poſſint: qui, ut dictum eſt, abfq; interno & externo quieſcente in animali non fit.

**Quomodo**

**Quomodo mouet anima corpus: &**  
**quod est principium motionis**  
**animalium?**

Bonum, siue illud uerum sit, siue apparenſ, mouet appetitum: quod aut per ſenſum, aut per phan-taſiam, aut per cogitationē appetitui offertur: quo appetitu moto, ciētur etiam ſpiritus animales: qui-bus citatis, nerui, muſculi, & tendines mouentur, quorum motum totū membrum aut corpus ſubfe-quitur. Hinc etiam facile intelligitur, quare motus animalium finiti ſint, cœlorum autem infiniti. Bo-num enim quod animalia appetunt, finitū eſt: quod ubi conſequuta fuerint, quiescūt. At primi motores potiūtur ſimpliciſſimo, primo, & uerè bono: quod non modò nunc bonum, ſed ſemper bonū eſt, quare etiam ſemper & indiferenter mouent.

**Quibus instrumentis, & quo pacto affe-  
 ctis ab anima mouetur corpus?**

Aristoteles cenſet, id quo priūm mouētur articuli ab obiectis ſiue lētis ſiue tristibus, per calo-rem aut frigus relaxari, aut contrahi: hoc eſt, maius minus ue fieri: quo ampliato, aut reſtricto, moueri uel totum animal, uel aliquod membrum: quemad-modum rotulis quibusdam αὐτοὶ αὐταὶ promouen-tur, dum ſemper maior à minore incitat. Sed pri-mū, quid ſit illud quo mouētur articuli, nō indicat. Deinde cauſam motionis dicit eſſe alterationes ra-

tione caloris aut frigoris, que à spiritu vitali proueniat. Nos ita dicimus, neruos à cerebro prodi-re, ac à cerebro in neruos influere spiritum animalem, instar radiorum solis: cuius ui atque efficacia anima utatur tanquam primo instrumento, ad effi-ciendos neruos: quibus ita effectis musculi moueantur, qui deinde totum corpus aut membrum mo-ueant. Bonum ergo πρᾶγμα mouet spiritum ani-malem, qui affectionibus & appetitui animæ natu-rali quodam & mirabili foedere obedire solet. ille neruos afficit non ratione caloris aut frigoris, ut Aristoteles censet: sed quia hæc ipsius natura est, ut neruos ita afficiat, ut ciere musculos possint: nerui musculos, musculi articulos mouent.

**Qua in parte corporis sita est prin-  
ceps facultas animæ lo-  
co motrix.**

Aristoteles probabilibus quibusdam argumentis ostendere conatur, eam in corde esse sitam, quorum præcipuum illud est: ibi esse principium motionis, ubi sit principium sensus. Alterato enim principio sentiendi ab obiectis, mutari quoq; ea quæ ab ipso dependeant, & contrahi aut extendi: ex quo neces-sario motus localis in animalib. subsequatur. Quare cum alibi demonstratum sit, in corde esse princi-pium sentiendi: consequens esse, ut ibidem etiā prin-cipium mouendi sit. In quo sane argumendo Philo-sophi

sophi nihil est quòd reprehendamus, nisi quòd anatomes, ut etiam suprà alibi monuimus, non satis peritus, sentiendi principium, uerisimilibus quibusdam argumentis persuasus, in corde esse falso crediderit. quod nos, cum τὸν αὐτοῦ οἶκόν ipsa subnixi, et ueterum autoritate freti, et non fallacibus argumentis edocti, cerebrum esse sciamus: recte ex argumento Aristotelico concludemus, cerebrum esse principium etiam mouendi, quod uia et efficacia spiritus animalis, non uitalis (ut paulo ante diximus) moueat. Illa uero elegans est et ualde ingeniosa similitudo, qua declarat, quo pacto, quum principium animatum in una tantum parte sit, reliquias omnes mouere et gubernare posse: quibus tamen præstò non sit, sed ab ijs longo interdum locorum interuallo remotum. Quemadmodum, inquit, in ciuitate bene constituta, cum semel ordo introductus fuerit, haud opus est ipsum principem adesse omnibus que geruntur, sed suum quisque iunctum sibi officium exequitur, omniaque ordine geruntur propter consuetudinem. Eodem etiam modo in animalibus id ipsum natura duce fit, ut quodque suo fungatur officio. Proinde nihil opus est ut principium quo regitur et gubernatur animal, in omnibus sit partibus: sed est in una aliqua parte, reliqua uiuunt, quia ex hac dependent, cum eaque coherent, suis autem funguntur muneribus,

natura

natura duce. Principes partes Medici solent fere tres numerare: Cor, à quo arteriae: cerebrum, & quo nerui: incur, à quo uenae, & per hos tanquam canales uita, sensus, motus, & nutritio in uniuersum corpus distribuitur. Sed de motu uoluntario animalium, in genere dictum satis arbitror.

## C O M P E N D I V M I N L I B E L L U M A R I S T O- telis de Longa & breui uita.

Quæ causa est, quòd aliorum ani-  
malium breuius, aliorum  
diuturnius est uitæ  
curriculum?

**I**anc ut commodè explicare possi-  
mus, prius ostendendum est, quam  
ob causam omnia animalia interi-  
tui sint obnoxia. De hac enim si  
confiterit, facile poterit intelligi,  
ea animalia esse uiuaciora, in quibus hæc causa mi-  
nus urgeat: contrà uitæ breuioris, quæ ab eadē ma-  
gis premantur. Sed ad reliqua.

Quæ nam igitur illa est?

Ignis, aqua, & quæ his cognata sunt, sibimet-  
pis causa sunt ortus & interitus, cum sint contra-  
ria. Quare etiam quæ ex his constant corpora,  
omnis

omnia eorundē naturam habent: & quòd ex corporib⁹ cōtrariarum facultatū constent, perpetuò durare nequeunt. Præterea in his quæ nutriuntur, necessariò gignuntur excrements: excremetum uero est contrariū. Porrò corpus ambiens & continens, hæc ipsa excrements uel auget, uel minuit: quo fit, ut ex alio in aliud locum translati, citius uel tardius moriamur, corporisq; habitu uel salubriore uel minus salubrisimus prædicti. Ex his intelligitur, facultates contrarias, quibus & animalium & omnium mixtorum corpora prædicta sunt, interitus et ortus esse causam. Animal ergo omne natura est calidum & humidum, in eoq; uita consistit. Sed calido semper depascente humidum, ipsum quoq; subtracto paulatim pabulo, subinde languidius efficietur: quare senescentia omnia frigida siccacq; efficiuntur, donec tandem moriantur. Ergo ut uita in calido humidoq; consistat, ita frigidū & siccum interitum omnibus uiuētibus adfert. Quare illa animalia uitæ usura diutissimè frui possunt, quæ has qualitates, in quibus uita consistit, diutissimè possunt conseruare. Ad hoc uero, duo potissimum requiruntur: ut humidum illud calidum, & quantitate multum sit, & qualitate bene temperatum: hoc est, ut nec facilè exiccati, nec facile concrescere possit. Tale est humidum aerum & pingue. Hinc fit, ut grandiora animalia ferè sint uiuaciora, plus enim nativitatis hu-

midi

midis sortita sunt: & homo grandioribus quibusdam sit uiuacior, quod in eo humidum innatum sit magis temperatum. Præterea ut animal non citò intereat, requiritur etiam, ut excrementis siue reliquijs non nimium abundet. Illa enim naturæ sunt contraria, eandemq; tandem interimunt. Itaq; quæ semine abundant, & in libidinem prona sunt, citò senescunt. Semen enim excrementum est, eiusq; nimia profusio exiccat corpus. Hanc ob causam paſſeres cum sint falaciſſimi, admodum etiam breuis sunt æui, in ijsq; fœminæ diutius uiuunt: quamuis alijs in uniuerso ferè animalium genere mares propter calorem, quem abundatiorem & magis temperatum sortiti sunt, fœminis sint uiuaciores. Præterea qui aſſiduos & magnos labores sustinent, quiq; multis & grauibus curis anguntur, citius senescunt: labor enim exiccat corpus. Quare à ueritate non abhorret, quod alibi tradit Aristoteles, è Laconicis canibus non totidem annis marem uiuere, quot fœminam, propter aſſiduas uenationum labores. Locis quoq; tepidis, & temperato cœlo, longius prorogatur uitæ ſpacium, ob eandem cauſam. Hinc est quod historijs proditum fit, & recentibus Lufitanorum nauigationibus exploratum: in India propter temperiem cœli, & uiuaciſſimos esse homines, & uastitate ac proceritate corporum insignes. Desides etiam & ignavi, itemq; gulæ

gulæ dediti, diu uitam prorogare possunt. Colligunt enim magnam excrementorum copiam, & calorem natuum opprimunt. Qui igitur ad longam senectutem, eamq; minimè obnoxiam morbis, peruenire cupiunt, diuinam illam Hippocratis sententiam perpetuò teneant: ἔσθησις οὐ γίνεται, αὔξεσθαι δ. Epid. τροφῆς, αὔναντις πόνων: hoc est, Sanitatis studium part. 4. Aphor. 20. est, non satiari cibis, & ad labores esse impigrum. Et illam huic non absimile, quæ est lib. 1. de Diæta, & δίνυκτου εἰδίων αὐθερωπος οὐχιάνειν, οὐ μὴ λακτωρεῖ. Et hanc Ciceronis quæ extat lib. 16. Epistolarum fam. ad Tyronem: Indulge ualeitudini. ea quid postulet, nō ignoras. πέψιν αὔλυπτα, προσπατορού σύμμετρον, τέρψιν, σύλυσιαν λοιδίας.

Quare in genere eorum quæ è terra nascentur, ut arborum, longior repetitur uita, quam in genere animalium?

Propter duas causas. Primum, quod habeant humidum minus aquosum, unde non facile frigore constringuntur: habentq; pingue quiddam, & uiscosum. Vnde et si sicca & terrena sint, humidum tamen ipsorum non facile exarescit. Altera causa est, quod quibusdam partibus exarescentibus & emorientibus, aliæ subinde renascantur: atque ita perpetua est in illis intereuntium & renascentium partium

302 PHILOS. NATVRALIS  
partium uicissitudo, qua ex re diuturnitatem illarum  
uitae arbores consequuntur. Quemadmodum au-  
tem in genere animalium mares fœminis natura  
sunt uiuaciores: ita in genere stirpium, longior  
ætas eorum est, quibus grandiora capita sunt.  
data: hoc est radices, quæ in genere  
stirpium pro superioribus  
partibus repu-  
tantur.

BASILEAE, EX OFFI-  
CINA IOANNIS OPORI-  
ni, Anno salutis humanæ  
M. D. LXIII. Mense  
Augusto.



Ob. 6. II. 3415





Ob. 6, II; 3415 - 3416





